Dominum nobis non audiamus loquentem, ab iſto qualiſ- A cumque ſit ſermo, qui ex ore noſtro ceciderit, obſervatur. *In vitis Patrum parte* 1.

S. Romualdus anachoreta, Camaldulenſium monachorum Pater, teſte *Petro Damiano* Cardinali, ſeptem annos continuos ab omni hominum conſuetudine anguſto in monte Syriæ ſeclusſus in ſumma auſteritate vixit, prorſus ut Pythagorico quodam ſilentio ſibi indicto, mente, ac cogitatione aſſidua in cœlis degeret, & quaſi mortalitatis ergaſtulo planè ſolutus omnes corporis neceſſitates deſpiceret, unde ſpiritualem pſalmorum intelligentiam promeruit. *Ex P. Damiano Sur.*

Quantæ autem virtutis ſilentium, in hoc exemplo maniſeſtiſſimo demonſtrabo. Haffligenium monaſterium ordinis S. Benedicti in Brabantia, religione probatiſſimum eſt, & in charitate præcipuum. In hoc cœnobio Monachus erat ita ſilentio deditus, quod intra ſedecim annos ab ore ejus, nec una verbi ſyllaba per tantum temporis audiretur. Contigit autem, ſicut à monachis ibidem audivimus, ut in clauſtro graviſſimum ignis incendium graſſaretur. Tunc idem monachus videns humanum auxilium non valere, mox ſe contulit ad divinum, oranſque paululùm in ſilentio: linguam B diù mutam in hæc verba laxavit: Stes ignis hac hora: flamma penitus conquieſcas. Mira res! vim virtutis ſuæ oblitus eſt ignis, ſtetitque in verbo viri ſancti, & flamma protinus eſt extincta. *Th. Cantiprat. S. Thomæ æqualis l.2. de Apib.c.13.§.4.*

In illo Tabennenſi monaſterio, quod in eremo Scythica poſitum erat, Annos Abbas mille quingentis monachis præfuiſſe dicitur. Et cum tot eſſent, horis quibus ſilentium indictum erat, ſæpenumero advenæ locum illum adeuntes, neminem ibi adeſſe putaverunt, donec interiùs ingreſſi, illos vel orantes, vel aliud in cellulis ſuis agentes cernerent. Sancti periculum oris norant, hinc tantam ſemper ſilentii fræno curam ejus habebant. Ideò rectè Apoſtolus; Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, hujus vana eſt religio. *Ex Catechiſmo hiſtoriali, Dauroultius to.4.*

Juniperus S. Franciſci diſcipulus ſilentii virtutem paulatim adipiſcebatur ſancta fraude ſe ipſe eludens, & abſtinens colloquiis, die uno in honorem Patris, alio in honorem filii, alio Spiritus ſancti; alio item B. Mariæ Virginis, ac conſequenter C aliis diebus in honorem alicujus Sancti. *P. Julius Mazarin. in Pſalm.50.*

In Speculo hiſtoriali ſcribitur de duobus monachis Cluniacenſibus, qui capti à militibus quibuſdam ferocibus, ac barbaris noctu, ſilentii tempore, vexati, ligati ſilentium retinuerunt. Poſteà, orationibus nondum expletis ſupervenit Dux eorum, intelligens eos loqui noluiſſe, irruit eques in eos infeſto conto, mortis metum incutiens, militibus cæteris ſpectatoribus applaudentibus. Illi conſtantes animo, & corpore perſtiterunt amore, ſtudioque ſanctæ regulæ obſervandæ. Cùmque ille barbarus magis appropinquaret, phaleratus equus, cui inſidebat, in obliquum reſilivit, ſeſſorem in terram ſtravit, & colliſit: febris ſecuta eſt lethalis: miſerunt ſortes, ut unus pro Duce necaretur, quæ in viros Dei nunquam ceciderunt. Itaque obſtupeſcentes liberos dimiſerunt. Ecce quomodo Deus cuſtodit accuratos ſilentii cuſtodes. *Diſtinct.4. c.17. ex Vinc.l.24. Spec.hiſt. c.60.*

Subiiciam exemplum illuſtre ex *B. Petro Damiano Cardinali in epiſtola ad Damianum nepotem.* Hildebrandus Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, Regina Adelhaide, & Ramaldo, Cu- D mano Epiſcopo præſentibus: Duos, inquit, ſanctos monachos vidi, & non mediocrem apud eos locum familiaritatis obtinui, qui nimirum ſingulis morabantur in cellulis apud monaſterium, quod in loco conſtructum eſt, qui dicitur Aquiſgrani: quorum videlicet alter, qui majoris videbatur eſſe ſimplicitatis, Marinus; alter autem Romanus vocabatur proprio nomine. Sed Marinus, vix ulla dies erat, in qua diabolum, vel per ſpeciem aliquam non aſpiceret, vel per ſomnium non audiret, adeò ut antiquus hoſtis ſibi ſæpè compſalleret, ſimulque cum eo divinæ laudis officia celebraret. Aliquando verò tenebrarum auctor ſe transfiguraret in angelum lucis, eique quaſi legem dictando mandavit. Cave, inquit; quia angelum Dei & aſpicere, & alloqui meruiſti, indignum eſt, ut de cætero cum hominibus loquaris. Protinus ille, tanquam mandatum divinitus accepiſſet, à fratrum ſe funditus collocutione removit, ſeque ſub rigida ſilentii cenſura conſtrinxit. Cui cùm frater Romanus primo, deindè Abbas monaſterii, ut ſibi loqueretur, vehementer inſiſteret, & ille concluſis labiis (verbum) non mitteret: Abbas fores cellulæ violenter irrumpens, dignis indiſcretum fratrem verberibus caſtigavit, & ſic ad reddendum ſermonis officium E compulit. Cui mox admonendo ſubjunxit: Idcircò, inquit, antiquus adverſarius bonorum ſemper operum inimicus, ſilentium tibi tentavit imponere, ut & tu fructum fraternæ ædificationis amitteres; & illi, qui à te ſublevandi erant, tuæ conſolationis auxilium non haberent. Sic itaque frater, quia non malitia, ſed ex ſimplicitate peccaverat, ad mentem quantocyus rediit, & contempta ſuggeſtione diaboli, admonitionibus pii Patris humiliter acquievit. *P. Damian. lib. 6. Epiſt.21.*

Mira ſunt, quæ de B. Ludovico Gonzaga Marchionis Caſtilionenſis filio, vix tredecim annorum adoleſcente, memoriæ prodidit P. Virgilius Ceparius. Poſtquam enim de ſumma abſtinentia, parſimonia, & jejuniis frequentandis, & continuandis aſſiduitate, vel potiùs perpetuitate verba faceret, hæc ſubiicit: Cum hac uſque rigida abſtinentia, alias corporis afflictationes, & aſperitates jungebat, quia ut minimum tribus per hebdomadam vicibus diſciplinarum flagris, uſque ad ſanguinis effuſionem ſeſe cædebat. Poſtremis annis, quibus in ſæculo vixit, quotidie diſciplinam faciebat, & noviſſimo quidem tempore, ante ingreſſum in F Societatem Jeſu, ternas intra diem, & noctem, non ſine uberi profuſione ſanguinis, cùmque initio careret diſciplina, verberabat ſe loris, quibus colligantur canes venatici, in ædibus fortè fortuna repertis: interdum funiculis, &, ut alii affirmant, catena ferrea illum ſæpe famuli à cubiculo, diſciplinæ operam dantem poſitis humi genibus deprehenderunt: & cùm ſternerent lectum, repererunt ſub pulvino abdita flagella ex funibus contexta, quibus à ſe pœnas exigebat. Sæpè accidit, ut induſia ejus monſtrarentur Marchioniſſæ Matri ob diſciplinas ſanguine penitus infecta. Non rarò fragmentum aſſeris, aut alterius ligni ponebat in lecto ſub linteaminibus, ut quietem ſibi duriorem efficeret. Et ſi quando cilicio indutus non eſſet, vice cilicii ad nudam carnem ferebat præacutas calcarium ſtellulas, quæ delicatæ illi carni impreſſæ immenſum cruciatum afferebant. *Lib. in vita ejuſdem.*

Non eſt hoc loco prætermittendum, quid pœnarum Lambertus ex Epiſcopo Tungrenſi monachus, & martyr ſanctiſſimus paſſus ſit ob ſilentium per ſtrepitum caſu minimè voluntariò violatum, turbatamque dormitorii quietem. Pau- G cioribus rem geſtam narro. Quieſcentibus fratribus in communi dormitorio, ſurgenti Lamberto clàm ad orationem lapſus eſt calceus alter è manibus: qui feriens pavimentum turbavit quietem fratrum, & Abbatem excitavit. Hic nihil ſciſcitatus; Quiſquis, inquit, ille fuerit, cujus culpa fraternitas turbata eſt, pro conſuetudine noſtra ſe conferat ad crucem. (Erat autem Crux pœnitentiæ locus frigori expoſitus ſimilis carceri Climaci.) Lambertus promptè properavit ad Crucem tantùm cilicio indutus in nocte gelidiſſima, ac multa glacie, ac nive aſperrima. Nec inde diſceſſit, donec revocatus eſt ab Abbate, qui manè facto circumſpiciens antè caminum circumſtantes fratres, animadvertit Epiſcopum non adeſſe. Venit ſplendenti facie, propinquat ad ignem. Abbas petit veniam. Reſpondit ille: Nihil in me peccaſtis, quod ego vobis condonare debeam. Severa monaſterii diſciplina; magna Lamberti virtus nobis imitanda. *Steph. Epiſc. Leodien. in vita S. Lamberti c.10.*

Hoc olim tempore Odilonis Abbatis in monaſterio Cluniacenſi obſervabatur, nam, ut narrat Longinus rerum Polonicarum ſcriptor apud Cardinal. Baronium, H cùm Legati regni Poloniæ ad monaſterium acceſſiſſent, ut convenirent, & alloquerentur de rebus graviſſimis Caſimirum monachum, Regem quondam Poloniæ natum, non id ſine conſenſu Abbatis impetrare potuerunt. *Baron. to.11. An.1041. ex Longino.*

Paſtor Abbas, dum quidam cum de rebus ſpiritualibus conſuleret, & quaſi benevolentia ipſius captata diceret, veritum ſe; nè primo illius adventu ob ſolemne jejunium negaretur aditus; dicebat: Nos non didicimus januam ligneam claudere, ſed magis linguæ januam clauſam habere. *L. Beyerlinck. in apophtheg. Chriſtian. tit. Taciturnitas.*

Non erit magnoperè mirandus Paſtor, qui in Pambonem itidem Abbatem oculos coniiciet. Ille enim morti proximus, exultaſſe ſpiritu perhibetur, & in hanc vocem erupiſſe: Lætus vita hac exeo; quod nullum in ea verbum excidiſſe mihi ſciam, cujus me vel pœniteat. *Idem ibidem ex Granat. conc.3. de Annunt. Dominica.*

S. Basilii vox frequentiſſima erat; Dicenda, tacendaque A noviſſe nos oportet: non enim divina omnia linguæ verbis explicanda ſunt: & rationem ſubiiciens, nè ajebat, mens, ſicut oculus totum ſolem volens intueri, etiam quod habet luminis, amittat. *Anton. & Maxim. Serm. de Taciturnit. Idem ib.*

Agathonem Abbatem ferunt lapillo aſſiduè ori indito, tacere didiciſſe, idque tanta ſolicitudine, ut etiam cum loqui vellet, ægrè poſſet. Rogatus autem cur tam raró loqueretur, Quia inquit, qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. Et ita æſtimabat vir ſanctus, quod ut eſt in Proverbio, loqui ignorabit, qui tacere neſciet. *Ex Volat, l.21. Anthrop. Idem ib.*

Memorat *Guil. Baldeſ. in libello ſuo de virt. & vitiis Adoleſc.* veniſſe Religioſum Juniorem ad alium quempiam ſeniorem, ab eoque poſtulaſſe cilicium, qui ait, verè fili, optimum cilicium eſt, ſedulam habere curam quid per hoc oſtium (manu ori appoſita) egrediatur.

* Garrulitas Religiosorum reprehenſa.

Narratur *in vita S. Antonii*, fuiſſe Senem religioſum, qui B dum cum Fratribus pergeret ad S. Antonium, & illi mirum in modum varios ſermones miſcerent, ajebat Antonius: Mi pater admodum, facundos, ut video, nactus es comites, Cui ſenior: Boni ſunt quidem: ſed habitatio eorum non habet januam: quicumque vult, intrat in ſtabulum, & ſolvit aſinum. *Laur. Beyerlinck in apoph. Chriſtian. tit. Garrulitas.*

* Spiritualia Religiosorum colloquia.

Caſſianus l.5. Inſtitutionum monaſticarum, c.29. de Abbate Machete ſic ſcribit: Vidimus, inquit, ſenem Machetem nomine, à turbis fratrum eminus commorantem, hanc à Domino gratiam divinitus precibus impetraſſe, ut quotquot diebus, ac noctibus agitaretur collatio ſpiritalis, numquam ſomni torpore penitus laxaretur: Si quis verò detractionis verbum, ſeu otioſum tentaſſet inferre, in ſomnum protinus concidebat, nec uſque ad aurium quidem ejus pollutionem virus obloquii poterat pervenire.

Hic idem ſenex otioſarum fabularum diabolum eſſe fautorem, ac ſpiritualium collationum impugnatorem ſemper exiſtere, his declaravit indiciis. Nam cùm fratribus quibuſdam C de rebus neceſſariis, ac ſpiritualibus diſputaret, eoſque videret lethæo quodam ſopore demergi, nec poſſe ab oculis ſuis pondus ſomni depellere, otioſam repentè fabulam introduxit. Ad cujus oblectationem cùm eos evigilaſſe confeſtim, atque erectas aures ſuas habere vidiſſet, ingemiſcens ait: Nunc uſque de ſpiritualibus loquebamur, & omnium veſtrum oculi dormitatione deprimebantur: At cùm otioſa fabula intromiſſa eſt, omnes expergefacti torporem ſomni dominantis excuſſimus. Vel ex hoc ergo perpendite, quiſnam collationis illius ſpiritalis fuerit impugnator, aut quis hujus infructuoſæ, atque carnalis inſinuator exiſtat. Ille etenim eſſe maniſeſtiſſimè deprehendetur; qui malis adaugens, vel iſtam fovere, vel illam impugnare deſinit. *Idem ibid. c.31.*

Vitæ Patrum referunt, quendam magnum virum gratiam à Deo obtinuiſſe, ut in colloquiis piis fratrum, quæ de ſacris ſcripturis habebantur, videret ſanctos Angelos adſtantes, & plurimùm ſe colloquiis illius oblectantes: Cùm autem aliud quidvis loquerentur, ſtatim ſancti Angeli recedebant longiùs. Veniebant autem porci ſordidiſſimi, & volutabantur ſe inter D eos: Dæmones enim in ſpecie porcorum delectabantur eorum vaniloquiis. Beatus autem ſenior hæc videns commonebat per monaſteria fratres, dicens. Cohibete à multiloquio, & ab otioſis ſermonibus linguam, per quam malus interitus animæ generatur. *Ex vitis Patrum D. Auroultius in Catechiſ. hiſt. to.4.*

Vincentius Belvacen. in ſpeculo hiſtor. refert, Durannum quendam ex Abbate Epiſcopum Tholoſanum, virum cæteroquin pium, & diligentem, idcircò in purgatoriis pœnis aliquamdiu detentum, quòd ſæpius verba riſum moventia incautè uſurpaſſet, indeque tandem ſeptem fratrum monachorum ſilentio ad ſeptem dies continuato fuiſſe ereptum. *lib. 26. Spec. hiſt. c.5.*

Expulſus eſt aliquando à P. Joanne Climacho è monaſterio unus ex Fratribus, qui apud proximum ſuum, ut nugis, & loquacitati deditum criminatus fuerat. Qui ad monaſterii januam ſeptem dies perſeverans curabat, ut ingreſſu ſimul, & venia potiri mereretur. Quod cùm didiciſſet ſtudioſus animarum cuſtos nihilo omninò ſex illis diebus illum comediſſe exploraſſet, hoc illi denunciat, ut ſi habitare omninò in E monaſterio vellet, ſtatuendum ſe ſciret in pœnitentium ordine. Cùm igitur hoc libenter amplecteretur pœnitens, jubet eum Paſtor ad ſeparatum peccata lugentibus monaſterium deduci, quod & factum eſt. *Joan. Cluniacenſ. de obed. grad.4.*

Quidam murmurabat coram B. Ægidio diſcipulo S. Franciſci Aſſiſinate, cui ipſe dixit: Frater mi, quanto plus murmuras, eo magis te oneras: quanto humilius ſubmiſeris caput tuum obedientiæ ſanctæ, tanto levius, & ſuavius eris tibi. Tu non vis vituperari in hoc ſæculo, & vis honorari in alio? non vis maledici, & vis benedici? non laborare, & vis quieſcere? *P. Radulph. l.1. conf. S. Franciſci.*

Maximus Imperator Martinum ſæpius evocatum, receptumque intra palatium venerabiliter honorabat. Totus illi cum eo ſermo de præſentibus, de futuris, de fidelium gloria, de æternitate Sanctorum: cùm interim diebus, ac noctibus de ore Martini Regina pendebat, Evangelico illo non inferior exemplo, pedes ſancti fletu rigabat, crine tergebat, &c. Hinc habes mirabile B. Martini donum de ſpiritualibus agendi. *Sulpit. Severus Bituricenſ. Dial.2. de S. Martino c.7.*

Ad videndum B. Martinum, virtutum ejus fama permotus, F aliquando peregrinatus eſt Sulpitius Severus, benignèque ab eo ſuſceptus. Sermo autem illius, inquit Sulpitius, non alius apud nos fuit, quàm mundi hujus illecebras, & ſæculi onera relinquenda, ut Dominum Jeſum liberè, expeditèque ſequeremur: præſtantiſſimumque nobis præſentium temporum illuſtris viri Paulini exemplum ingerebat, qui ſummis opibus abjectis Chriſtum ſecutus, ſolus penè hi temporibus Evangelica præcepta compleſſet; illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum. *ibid. c.26.*

Laudabilis, & imitatione digna fuit induſtria B. Nili junioris, qui videns Principes viros Græcorum Imperatoris miniſtros ad ſe venientes, ac vana colloquia metuens, præmiſſa oratione librum aperuit ſpiritualem, quem præ manibus habebat; locumque idoneum nactus, illis poſt ſalutationem legendum præbuit. Qui cùm perveniſſent ad locum, ubi dicebatur; ex decem millibus vix unam animam reperiri, quæ ſalvaretur, admirari cœperunt; & Nilus inde ſumpta occaſione, tam multa, tamque appoſitè, & familiariter dixit, ut illi ſuſpirare cœperint, ac dicere; Væ nobis peccatoribus, & miſeris, *Bar. to.10. an.976.* G

Macarius Alexandrinus opportunè ſermonem ſpiritualem introduxit cùm unà cum altero Macario Ægyptio traiiceret Nilum pontono maximo. Vehebantur Tribuni duo cum magno faſtu, & comitatu, quorum alter duos monachos pannoſos, & in angulo ſedentes intuitus dixit ad ipſos: Beati eſtis vos, qui mundum illuditis. Reſpondens autem Macarius, qui erat urbanus dixit ad eos: Nos quidem mundum illuſimus: vos autem illuſit mundus. Scias autem te, non tua ſponte hoc dixiſſe, ſed propheticè, Ambo enim vocamur Macarii, hoc eſt, beati. *Pallad. hiſt. Lauſiaca c.19.*

S. Franciscus Aſſiſius tanta ſublimitate ſermonis diſſerere cœpit de rebus divinis aliquando in menſa, ut beatam Claram, & multos fratres, quos tunc habebat compranſores, in extaſim abduxerit. Et alia in menſa militem convivii præbitorem, ad peccata per confeſſionem expianda in ipſa convivii domo ante menſam induxit, ne morte repentina, qua initio prandii fuit oppreſſus, imparatus moreretur. *Marc. Uliſſ. in Chronico S. Franc. l.2. c.31.*

S. Philippus Nerius adhuc adoleſcens, in itinere ſollicita- H tus ad ſtuprum à perditis hominibus, ut etiam quondam S. Bernardinus Senenſis, non ut ille lapidibus abegit, ſed ſermone de rebus divinis, deque peccatorum turpitudine manſuefactos, atque ad ſaniorem mentem revocatos à ſe dimiſit. *Ant. Gall. l.1 vitæ B. Phil. Nerei an.1533.*

B. Franciscus Borgia, tertius Societ. Præpoſ. Generalis, hoc nos ſuo docuit exemplo: Cùm enim viſeret in Hiſpania fœminas nobiliſſimas, ac primaria ſibi cognatione ſanguine conjunctas, agebat cum illis familiariter de ſalute animarum ipſarum, de bona familiæ gubernatione, & populorum ſubjectorum: Societatis inſtitutum, & finem explicabat. Quibus ſermonibus Societatis cupidæ, & amantes reddebantur. Idem Franciſcus cùm fieret Societatis Jeſu, in priore congreſſu cum Carolo V. Imperatore, qui ſub finem vitæ ſeceſſerat in cœnobium quoddam agri Placentini in Hiſpania, reddidit ei vitæ mutatæ rationem: In poſteriore, de animæ

ipſius ſalute, qui ſe ad mortem comparabat, & de aſceticis frequentem ſermonem habuit. *Ribadeneira cap.6. lib.1. & l.11.c.14.*

S. Franciscus Xaverius iter faciens, tam peritè, jucundèque de cæleſtibus orbibus, aſtrorumque motibus (referens eam diſputationem ad Dei metum, & cultum) apud Japonios diſſerebat, ut vulgò dictitarent, Xaverio comite Japoniam totam, ſine ullo laboris ſenſu, poſſe peragrari; adeò comitas ejus pro vehiculo comitibus erat, ut eos ſibi, Deoque obnoxios faceret. *Horat. Turſellin. in vita ejus lib.6. cap.11.*

* Religsorum studia, & occupationes.

De ea re illuſtre profert teſtimonium *D. Bonaventura de* B. Ægydio, qui inter ſocios S. Franciſci tertium ſortitus eſt locum, vir Deo plenus, & celebri memoria dignus. Hic etenim poſtmodum virtutum ſublimium exercitatione præclarus, ſicut famulus Domini de ſeipſo prædixit, quamquam eſſet idiota, & ſimplex, ad excelſæ contemplationis ſublimatus eſt verticem. Nam per multa curricula temporum ſurſum actionibus inceſſanter intentus, adeò crebris in Deum rapiebatur exceſſibus, quemadmodum ego ipſe oculata fide conſpexi, ut magis cenſeretur inter homines vitam angelicam agere, quàm humanam. *Bonavent. in vita S. Franc. c.3.*

S. Bonaventura vir inſigniter doctus, interrogatus ab eodem Ægidio? Multis te, Reverende Pater, gratiæ ſuæ donis auxit præpotens Deus: Nos verò ſimplices, & idiotæ, quidnam faciemus, ut ſalvi eſſe poſſimus; Reſpondit; Etiamſi nullam aliam homini gratiam conferret Deus, niſi ut ipſum diligeret, ſufficeret ei ad obtinendam ſalutem. Et Ægidius: Poteſtne, inquit, homo indoctus æque ac doctus diligere Deum? S. Bonaventura reſpondit, poſſe etiam ſimplicem aniculam non minus diligere Deum, quàm ſacræ Theologiæ bene doctum Doctorem. B. Ægidius exiliens ferventi ſpiritu in hortum ingreſſus, civitatamque reſpiciens, alta voce clamavit: O vos pauperculæ, ſimplices, & indoctæ anus, diligite Deum: poteritis effici majores, quàm ſit frater Bonaventura, *In vita S. Ægidii apud Sur. tom.7.*

In hiſtoria Camaldulenſis Ordinis legitur de S. Silveſtro Converſo in monaſterio Angelorum Florentiæ, qui anno 3. & triginta coquum egit. Hic adeò deditus erat orationi, ut ſæpe propterea increparetur à fratribus, veritis ne cibi cocti non eſſent in tempore. Sed cùm omnia edulia ſemper cocta, & parata præſcriptis horis; omnia vaſa eluta, & terſa invenirentur, creditum eſt, ſanctorum Angelorum miniſterio ipſius orantis vices fuiſſe ſuppletas. Die à ſe prædicta obiit, circiter annum Domini quinquageſimum ſuprà milleſimum, & trecenteſimum, *l.3. c.14. part.2.*

S Franciſcus fratrum Minorum anteſignanus, ſatis ſuperque demonſtravit à ſe tentationem hanc exiſtimari magnam hoc facto, quod in Chronicis narratur: Cuidam laico petenti facultatem retinendi apud ſe pſalterium, ſæpius negando repulit à ſe; ſubdens hæc verba in poſtrema repulſa. Fili, pſalterii utendi facultate obtenta, concupiſces etiam breviarium, & alios libros ad diſcendum, & ubi didiceris aliquid, voles in cathedra ſedere, tanquam magnus Theologus, aut Prælatus, & jubebis fratrem tuum ad te deferre breviarium. Quibus dictis, magno cum ſpiritus fervore caput ſibi aſperſit ſæpitis cinere dicens: Ego breviarium? ego breviarium? *Chron. Franc. lib.2. c.22.*

Narrat *Cæſarius* de Converſo Ciſtercienſi, qui didicerat legere textum, atque hac occaſione illectus, & deceptus occultè curabat ſibi deſcribi libellos, & vitio proprietatis cœpit fœdari. Cumque hoc ſtudium ei prohiberetur, amore diſcendi, apoſtaſiam incurrit; & tamen modicum profecerat propter ætatem. Pœnitentia ductus rediit ad monaſterium, & iterum receptus eſt. Decipiebatur enim à Diabolo, qui viſibiliter ſub forma Angeli dicebat: Diſce ſtrenuè, quia eris Epiſcopus Halberſtadenſis. Alio die ſignificat ſeductor ille Epiſcopum illum eſſe defunctum? proinde feſtinet ad civitatem, cui à Deo deſtinatus eſſet Epiſcopus. Clam exit de monaſterio: pernoctat extra civitatem in domo honeſti ſacerdotis: atque ut glorioſè intraret civitatem, ſtravit equus ſacerdotis, & induit ejus cappam. Manè familia hoſpitis cognito damno, inſequitur abeuntem, capitur, damnatur de furto, & ſuſpenditur. Ecce quam clarè apparet ex hoc facto, ab hac tentatione ſtatu ſuperbiæ propelli coadjutorem furtim ſtudentem in ſcopulum Apoſtaſiæ: ſeverèque puniri eos, qui dæmoni ſuadenti aures præbent. *Cæſar. libr. 5. miracul. cap. 16.*

Fuit in quodam monaſterio noſtri Ordinis (inquit Trithemius) mihi non incognito. Frater quidam devotus, qui in ſcribendis ad ornatum Bibliothecæ voluminibus magnum habebat ſtudium, ita ut quotieſcumque à divino potuiſſet vacare officio, ad ſecreta cellæ ſe conferens huic ſancto labori inſiſteret. Unde & multa ſanctorum opuſcula cum ingenti devotione excopiavit. Hujus mortui oſſa, cùm poſt multos annos levarentur de terra; tres digiti dexteræ manus, quibus tot volumina ſcripſerat, tam integri, & incorrupti inventi ſunt, ac ſi eodem tempore ſepulchro fuiſſent impoſiti. Reliquum autem corpus, ut moris eſt, conſumptum ad oſſa fuit. *Joan. Tritbem. de laude Script. Manual. c.6.*

Lubet ſuperioribus addere exercitia Religioſorum, in Compendium à pio quodam Religioſo non ita pridem redacta, & Lovanii typis concepta.

* EXERCITIA PII RELIGIOSI.

I.

Præcipua Studia Religioſi.

1 Abnegare ſeipſum.
2 Extirpare vitia. } tam in ſe, quam in aliis.
3 Plantare virtutes } tam in ſe, quam in aliis.
4 Sibi, mundoque mori.
5 Amare Deum.
6 Proximo benefacere.

II.

Necessaria ad animi tranquillitatem.

1 Infirma petere.
2 Silentium cuſtodire.
3 Non contradicere.
4 Seipſum non ingerere.
5 Indifferenter omnia de manu Dei accipere.

III.

Religiosus assidue se exerceat.

1 In humilitate, & charitate.
2 In patientia, & mortificatione.
3 In lectione, & oratione.
4 In meditatione vitæ Chriſti.
5 In communicatione cum Deo.

IV.

Religioso cum primis fugienda.

1 Familiaritas mulierum.
2 Singularitas, propriumque judicium.
3 Voluntas, amorque proprius,
4 Otium, ventriſque ſtudium.
5 Superbia, vanaque gloria.
6 Cupiditas, & Abundantia terrenorum.

V.

Quæ Religioso Domi agenda.

1 Cogitare Deum præſentem, omniaque videntem.
2 Reſiſtere ſuggeſtionibus inimici.
3 Legere, & ſtudere ad benè agendum.
4 Orare ad ſe inflammandum.
5 Armare ſe ad tutò, utiliterque exeundum.

VI.

Officia superioris erga ſubditos.

1 Omnes æqualiter amare.
2 Religioſæ diſciplinæ attendere.
3 Bono exemplo omnibus prælucere.
4 In ſpiritu lenitatis omnes inſtruere, & corrigere.
5 Pro omnibus Deum orare.

VII.

Officia subditi erga Superiorem.

1 Illum amare ut patrem.
2 Honorare ut dominum.
3 Audire ut doctorem.
4 Obedire ut Chriſto.
5 Pro illo Deum orare.

VIII.

Officia erga Fratres

1 Omnes in Domino amare.
2 Omnes ſibi ſuperiores reputare.
3 Illos ex charitate admonere.
4 Patienter ſupportare.
5 Bono exemplo ædificare.

IX.

Summo Mane.

1 Stato tempore citò ſurgere.
2 Seſe mox divino conſpectui, & ſervitio ſiſtere.
3 Pro cuſtodia noctis gratias agere.
4 Bona propoſita concipere.
5 Ad eadem exequenda, auxilium, & gratiam petere.

X.

Circa orationem, seu meditationem tractanda.

1 Prius animum, & materiam præparare.
2 Alienas cogitationes expellere.
3 Conſtanter perſeverare.
4 Ductum ſancti Spiritus humili corde ſequi.
5 Pro admiſſis defectibus dolere, & pro bono ſucceſſu gratias agere.

XI.

In Oratione Frequenter tractanda.

1 Cognitio ſui, dolor de peccatis.
2 Quatuor hominis noviſſima.
3 Beneficia Dei.
4 Vita, & paſſio Chriſti.
5 Converſatio cum Deo, & Sanctis ejus.

XII.

Observanda circa confeſſionem.

1 Conſcientiam benè examinare.
2 De peccatis vehementer dolere.
3 De peccatis integrè confiteri.
4 Emendationem ſeriò proponere.
5 Pœnitentiæ injunctæ mox ſatisfacere.

XIII.

Circa Sacrum Missæ officium.

1 Conſcientiam per confeſſionem prius purgare.
2 Corde humiliato, & contrito accedere.
3 Illud cum reverentia, & devotione ad gloriam Dei pro ſe, & Eccleſia offerre.
4 Cum fame ſpirituali, & charitate communicare.
5 Cum gratiarum actione recedere.

XIV.

Post Sacrum.

1 In corde cum Chriſto ſe abſcondere.
2 Se totum Chriſto offerre.
3 Suas, aliorumque neceſſitates Chriſto explicare.
4 Pro ſe, aliiſque multa à Chriſto petere.
5 Ad æternam beatitudinem aſpirare.

XV.

In Recitatione Officii Obſervanda.

1 Cor ab aliis cogitationibus purgare.
2 Devotionem procurare.
3 Ad ſenſum, Deumque attendere.
4 Verba integrè proferre.
5 Ad finem non properare.

XVI.

Examen Conscientiæ.

1 Lumen à Deo petere.
2 Pro beneficiis gratias agere.
3 Conſcientiam diſcutere.
4 De peccatis dolere.
5 Emendationem proponere.

XVII.

In Examine Conscientiæ attendendum.

1 Tranſgreſſionibus votorum.
2 Tepiditati in Dei ſervitio.
3 Diſtractionibus mentis.
4 Pravis animi motibus.
5 Detractioni, & murmurationi: quia utraque illis familiaris.

XVIII.

In Refectorio.

1 Tacere.
2 Studere mortificationi.
3 Sobriè comedere, & bibere.
4 Lectioni attendere.
5 Animum ſpirituali cibo reficere.

XIX.

Extra Domum.

1 Portas ſenſuum diligenter cuſtodire.
2 Religioſam gravitatem, & modeſtiam ſervare.
3 Rebus vanis, ac novis non attendere.
4 De rebus ſpiritualibus loqui.
5 Breviter ſe expedire, citòque domum redire.
6 De proximis vitiis non inquirere.

XX.

In Lecto.

1 Deo, ſanctis Patronis, Angeloque cuſtodi ſe commendare.
2 De morte, & ſepulchro cogitare.
3 Contra inimici inſidias ſe munire.
4 Quoties evigilat, ad Deum recurrere.
5 Ultra neceſſitatem in lecto non manere.

* Victus Religiosorum.

Manebat quidam monachus Ægyptius in ſuburbano Conſtantinopolitanæ civitatis: & dum tranſit Theodoſius Junior Imperator per illam viam, reliquit omnes, qui in obſequio ſuo erant, & venit ſolus in cellam ejus, & pulſans ad oſtium monachi, aperuit ei monachus. Videns autem eum, cognovit quis Imperator eſſet; ſic tamen ſuſcepit eum, tanquam unum ex officio militantium. Cùm ergo introiſſet, fecerunt orationem, & ſederunt. Cœpit autem eum interrogare Imperator, dicens: Quomodo ſint Patres in Ægypto: Et ille; Orant pro ſalute noſtra omnes. Imperator autem circumſpiciebat in cella ejus, numquid haberet: & nihil ibi vidit, niſi parvam ſportulam habentem modicum panis, & lagenam aquæ, & dixit ei monachus: Guſta modicum: & infudit ei panem, & miſit oleum, & ſal, & manducavit, & dedit ei aquam bibere: Dixit autem ei Imperator, Scis quis ſim ego; Et ille dixit, ei: Deus te ſcit, quis ſis. Tunc dixit ei: Ego ſum Theodoſius Imperator: Ille autem ſtatim adoravit, ſalutans eum humiliter. Dixit Imperator: Beati eſtis vos monachi: quia licèt in imperio natus ſim, nunquam tamen delectatus ſum, ſicut hodie pane, & aqua: ſatis enim, & libenter comedi. Et cœpit ex tunc honorare eum Imperator. Senex autem egrediens fugit, & iterùm venit in Ægyptum. *Vitæ Patrum p.2. c.14. Baron. to. 5. ad an.425. num.18.*

Rabaudus princeps in Gallia vir cùm religioſæ vitæ aſperitatem, utpote lautiori vitæ aſſuefactus, graviter ferre cœpiſſet, Abbas quidam, tum qui erat, nomine Porcarius, indulgentia quadam, ſeparatos ei cibos paulò commodiores præberi jubebat, quibus tamen ille quo magis utebatur, eo in dies tenuior, graciliorque fiebat. Itaque accidit, ut quadam die dum fratres reliqui communi menſa, arido ſcilicet pane, & fabis veſcerentur, videre ſibi viſus ſit duos ſenes, alterum, cui binæ claves è collo pendebant: alterum habitu monachum, qui cryſtallinam pyxidem manu geſtabat. Hi toto cœnaculo circumeuntes, unicuique monacho, neſcio quid edulii, è vaſe illo impertiebant: Rabaudum ſolùm ita prætereuntes, ut etiam ſevero, ac potius ſubirato vultu eum intuerentur. Ille tamen ex ejus, qui proximè aſſidebat, portiuncula aliquid ſuffuratus, ut ille guſtavit, viſa eſt illi ejus ſuavitas omnium ciborum, quos unquam in vita ſua, etiam ſæculari, comediſſet, ſuavitatem longè antecellere. Quod viſum cùm ter contigiſſet, ad Abbatem acceſſit, diligenter inquiſivit, quinam eſſent hi duo ſenes. Intellexit Abbas facilè: alterum eorum Petrum Apoſtolum eſſe, in cujus tutela erat monaſterium: alterum autem Honoratum monaſterii auctorem: cauſam autem, cur ipſi uni communis illa eſca negaretur, eam eſſe, quòd communem aliorum ſeveritatem non ſequeretur: Quod audiens Rabaudus, animo confirmato ad omnem ejus vitæ diſciplinam perferendam, multò eam faciliorem, & leviorem reperit,

reperit, quàm anteà putaſſet, ac paulò poſt eoſdem ſan- A ctos vidit, qui ſibi quoque perinde, ac aliis de illo tam ſuavi cibo tribuerent, quo incredibiliter ad omnem laborem, ac duritiam confirmatus eſt. *Hieron. Platus de bono ſtatu Relig. c.16.*

Idem penè contigit Andreæ Virdunenſi Archidiacono, diviti, & valde nobili, qui in ipſis fermè Ciſtercienſis familiæ initiis inſtitutum illud magno fervore ſuſcepit. Sed tamen cùm ſatanas idoneam materiam nactus tentationis ex corpuſculo tenui, & nimis delicato, ita eum oppugnaret, ut jam vix ſuſtineret, die quadam hanc ei divina bonitas medicinam fecit. Accumbenti in menſa appoſita ſunt pro more legumina, quod cibi genus ille præ cæteris maximè faſtidiebat. Verùm fame compulſus, ut repugnanti ſtomacho vim faceret, ſumpſit tandem aliquid, quod ubi ore attigit, tantam ſentire viſus eſt ſuavitatem, ut nunquam ſimile aliquid in vita ſua expertum ſe eſſe recordaretur. Itaque reſiduo, quod erat, avidè exhauſto, deinde ad Abbatem adit, nihil dubitans, quin ſuæ patinæ proprium aliquod additum eſſet condimentum. Ut autem comperit planè fuiſſe commune ferculum, in quo videlicet nihil præter aquam, & ſalem ad condiendum adhibere- B tur, intellexit ſtatim divinam erga ſe providentiam, & gratias agens, in religionis propoſitum confirmatus eſt, eoque magis, quòd poſtera etiam, ac tertia die, & deinceps multo tempore eandem ſuavitatem in ejuſmodi cibis perſenſit, ut poſteà dicere ſoleret, ſe jam magis delectari piſis, atque oleribus, quàm anteà altilibus, & nobilibus ejuſmodi epulis. *Idem ibidem.*

Hujus generis eſt illud, quod *in vita S. Bernardini*, legimus recenti adhuc Clarævallenſi cœnobio, cùm tam ſeverè vita duceretur, ut non alio pane, quàm ferè terreo veſceretur, ac reliquus quoque victus, & ſupellex, & domus, omnino pauperrima eſſet, ita tamen omnes ſine murmuratione, immò verò cum tanta delectatione omnia ferre ſolitos, ut illa ipſa delectatio non modicum eis ſcrupulum, dubitationemque iniecerit. Nam cùm jucundiùs (ſic enim ſcribitur) vivere ſibi viderentur in eremo, quàm anteà vixiſſent in ſæculo, ſuſpectos ſeipſos habere cœperunt, ne per aliam viam reducerentur in regionem ſuam: donec ea quæſtione ad Bernardum prius, deinde ad Catalaunenſem Epiſcopum, qui tunc apud eos hoſpes diverſabatur, delata, longa, & accurata oratione eo docti C ſunt, eſſe id Dei donum, ac beneficium, minimèque reſpuendum. Ex quo apparuit, quid poſſit habitus, & mos, Dei præſertim gratia adiutus, quando hoc efficit, ut tam rigida vita in tanta hominum multitudine ita ſuavìs eſſet, ut etiam ſcrupulum in eorum animis moveret, ne nimis voluptuosè viverent. *Idem ibidem.*

In vitis quoque *Patrum* legitur, quòd cùm quidam magnus Pater comederet, cum pluribus fratribus ſedens ad menſam, vidit in ſpiritu quoſdam edentes mel, alios autem panem, alios verò ſtercus, & admirans deprecabatur Deum, ut revelaret myſterium hujus rei: quod idem cibus omnibus appoſitus eſt ſuper menſam: in manducando autem ille immutabatur, & venit ei vox deſuper dicens; Quòd illi, qui manducant mel, ii ſunt, qui cum timore, & tremore, & gratiarum actione ſedent ad menſam, & inceſſanter orant: Qui autem panem manducant, ii ſunt, qui gratias agentes percipiunt ea, quæ à Deo data ſunt eis, contenti de appoſitis. Qui verò ſtercus manducant, ii ſunt, qui murmurant, & dicunt, hoc bonum: & illud malum eſt. *Auroultius in Catechiſ. hiſt. to.4.*

D Fuit item in Claravalle Monachus quidam, qui quamvis homo bonæ voluntatis exiſteret, corpore tamen delicatus, atque infirmus erat, & propterea in obſervatione medicaminum curioſus, atque ſuperſtitioſus. Clemens autem Dominus, qui miſericorditer ſolet errantes corrigere, ipſum voluit ad viam veritatis adducere, talique modo viſitationem ſuam ſimpliciter delinquenti propalare dignatus eſt. Aſpicit idem frater in viſu noctis, & ecce univerſitas fratrum quaſi ad laudes diurni ſervitii celebrandas, ad Eccleſiam feſtinabat. Porrò ad oſtium ipſius Eccleſiæ ſtabat illa tam humilis, quàm ſublimis mater miſericordiæ pia Virgo Maria, quæ tanquam pretioſi electuarii pyxidem portans, ſingulis fratribus oratorium intrantibus, ſingula ex eo cochlearia dulciſſima ſua manu dignanter tribuebat, & mira dulcedine guſtantes reficiebat. Quo viſo frater ille gratulatus eſt vehementer, reputans ſecum, quod ipſe cœleſtis illius alimoniæ, ſine obſtaculo particeps fieri deberet. Cùmque ad manum piiſſimæ procuratricis accederet, benigniſſima diſſimulatrix: & verè mitis virgo, repulit eum dicens: Numquid meo medicamine opus habes? nonne ſapiens medicus es? Et tuimet curam ſollicitè E geris? Vade itaque, vade & tuis medicamentis, ſicut volueris utere, quoniam de his, qui curam ſuam ſuper Dominum, & filium meum jactant, cura eſt mihi. Quod cùm ille audiſſet, erubuit, & petens indulgentiam promiſit ei, quòd ſe ampliùs de ipſo non intromitteret; ſed totam vitæ ſuæ curam Deo, & ſibi committeret. Ad quam ſponſionem generale refugium omnium Chriſtianorum ſatisfactione accepta, benigniſſimè petenti veniam, & gratiam indulſit, & medicamenti ſalutiferæ pitantiæ pabulum impertivit. Guſtata ergo benedictione cœleſtis antidoti protinus à ſua teneritudine, & infirmitate frater ille convaluit, & abdicatis omnibus medicamentis, & delicatioribus alimentis, ad communes cibos ſe tranſtulit. Ideòque cooperante gratia Dei, in brevi decorem, & fortitudinem cum ſalute corporis, & animæ pariter induit. *Specul. Vinc. hiſt. lib.7. cap.108.*

Abſtinentia à fructibus.

Viſitans Pachomius monaſterium, in alta quadam ficu, in quam adoleſcentes monachi clam aſcendere conſueverant, & fructus edere, vidit ſpiritum immundum inſidentem, & cogno- F vit illum eſſe Gulæ dæmonem; qui adoleſcentes decipiebat. Juſſit excindi arborem, ut amoliretur offendiculum. Jonas Hortulanus indoluit graviter, quòd ficulnea valde fructifera eſſet. Pachomius, ne moleſtus eſſet Jonæ viro probo, deſtitit ab eo præcepto. Sed poſtero die inventa eſt arbor una cum foliis areſacta. Quod Jonas videns, majorem concepit ex ſua inobedientia dolorem, quàm ex arboris evulſione cœpiſſet. *Metaphraſt. in vita SS. Patrum, c.44.*

Laudatur etiam Jonas Pachomii diſcipulus à Metaphraſte, qui, cùm octoginta annos egiſſet in monaſterio, ſoluſque horti curam gereret, & fructiferas ipſe plantaſſet arbores, nullum unquam omnino fructum guſtavit uſque ad mortem: omnibus fratribus, & hoſpitibus, & iis, qui circumcirca incolebant, veſcentibus uſque ad ſatietatem. *Ibidem c.46.*

Sanctum Sabam adoleſcentem ad imponendam ſibi legem de non edendis malis toto vitæ ſuæ tempore hæc occaſio movit: Nam colens hortum monaſterii, victus aliquando à ſpecie pomi pendentis ex arbore, illud decerpſit eſurus: ſed recogitans lapſum Parentum primorum, metuens inſidias diaboli erubuit infirmitatem ſuam, ac ſeipſum acriter repre- G hendit. Pomum pedibus conculcavit, & in eo cupiditatem omnem eduliorum hujuſmodi contrivit, lege, quam dixi, ſibi indicta, quam ex eo die ſervavit. *Cyrillus Monach. in vita S. Sabæ.*

Pior Monachus nunquam niſi, vel ambulando, vel aliud agendo cibum ſumere ſolitus memoratur. Percontantibus autem cur ita ageret? reſpondebat: Nolo cibo velut neceſſitate uti, ſed tanquam extraneum quid agere; Ne dum comedo, anima voluptate diffluat corporali. Igitur non fuiſſe ulla curioſitate detentum circa ciborum delectum, facilè colligitur, qui ne tunc quidem, cùm neceſſitas eum ſumere impelleret, eadem uti neceſſitate volebat. *Ex Socrate l.8. hiſt. Trip. c.1. Laur. Beyerlinch. in Apophthegm. ſacris tit. Cibus.*

*Religioſorum Familiæ ſunt Deo peculiariter curæ.

Monaſterium eſt valde magnum in Hieruſalem, non modicam habens congregationem. Devotio populi ſæpe H plurima confert, verum & Imperatoris juſſu ibi non minima largiuntur. Accidit autem quodam tempore, ut præ penuria egeſtatis valde eis victus neceſſaria deficerent. Congregatio itaque garrula monachorum; cùm una, atque alia die refectionis alimoniam non caperent, vociferantur ad Abbatem, dicentes: Largire cibos, aut permitte diſcedere unumquemque in locum, quo vitam propagare poſſit; alioqui nec te conſulto abſcedimus, ne pereamus fame. Hæc iis dicentibus, ait: Oremus, fratres dilectiſſimi, & Dominus miniſtrabit nobis cibos: nec enim poteſt fieri, ut deficiat triticum in ejus monaſterio, quod frugem vitæ ex utero, pereunti intulit mundo. Quibus vigilantibus tota nocte, ac pſallentibus, mane orto ita reperiunt cuncta horreorum habitacula repleta tritico, ut vix vel reſerari oſtium poſſet. Accepto autem cibo, gratias egerunt Deo. *Greg. Tur. de glor. Martyrum c.11.*

Tempore Benedicti Abbatis ingens in regione Campaniæ fames increbuerat, magnaque omnes alimentorum indi-

gentia

gentia coanguſtabat. Jamque in Benedicti monaſterio tri- A ticum deerat. Panes verò penè omnes conſumpti erant, & nonniſi pro refectione fratrum quinque reſtabant. Cùm eos venerabilis Pater inde triſtes videret, eorum puſillanimitatem modeſtis verbis corripuit, tum promiſſione cæleſtis auxilii eos conſolans; ſequenti die rerum omnium abundantiam affuturam promiſit. Adfuit dies altera, & ducenti farinæ modii ante fores inventi ſunt. *Greg. magnus in vita ejus cap.21.*

Cùm B. Dominicus recenti adhuc Ordine, ſuos alumnos in varia loca ad pœnitentiam prædicandam binos ex Chriſti formula dimitteret, accidit aliquando, ut ex his duo, hora jam nona diei præterita, jejuni, admodumque feſſi agerent inter ſe ſubtriſtes, ecquid cibi: aut unde, in regione ignota, & paupere conſequi poſſent. Inter quos ſermones ecce adfuit vir quidam ſtatura procerus, & elegans, habitu peregrino, qui illorum infirmam, modicamque fidem graviter reprehendens; Potuiſtis, inquit, credere Deo, ut ejus cauſa omnia relinqueretis, nunc autem non credere poteſtis, illi curam eſſe de vobis, Qui dat jumentis eſcam ipſorum, non ſinet filios fame emori. Quod vos ipſi hodie reipſa abundè experimini. Quibus dictis cùm evanuiſſet (erat enim B Angelus) ex eorum conſpectu, ii paulùm progreſſi, in proximum pagum exiguum venerunt, ubi dum in Eccleſia orant, à ſacerdote benigniſſimè invitati, cùm ab eo domum abducerentur, ſuperveniens miles eripere illos in ope nitebatur, ut ad ſe diverterent; verùm iis duobus inter ſe piè litigantibus oppidi dominus fortè incidens, & illos, & ſimul Sacerdotem, ac militem pro poteſtate ad domum ſuam duxit, omneſque lauto convivio excepit. *Plat. de bono ſtatu relig. l.c.27.*

Ferunt etiam, B. Franciſcum, quoties ſuos peregrinatum mitteret, nullum eis aliud viaticum dare ſolitum, quàm illum ex pſalmo verſiculum: Jacta cogitatum tum in Domino, & ipſe te enutriet: Cujus verſiculi fides inſtar erat omnis pecuniæ. Cùm autem duobus contigiſſet, ut diem fermè totum ambulantes, fame jam, & defatigatione penè deficerent, inſuper etiam eleemoſyna poſtulata, nihil ab ullo accepiſſent: occurrit eis adoleſcens, qui cauſam ſciſcitatus, cur adeò laſſi, ac mœſti eſſent, duos protulit panes, quibus dum illi ſedentes veſcerentur, cœpit idem eos durius increpare: Homines, inquit, modicæ fidei, cur divinæ curæ jam dif- C fidebatis! Non vobis in mentem veniebat verborum illorum Prophetæ, quæ tam ſæpe vobis ſanctus Pater veſter inculcavit? Jacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet, cùm ejus videlicet bonitas ne beſtiis quidem agri deſit? Quamobrem hoc ſcitote, nullam ob aliam cauſam diſtuliſſe Dominum opem ſuam, niſi ut fame ipſa diffidentiam veſtram puniret. Quæ verba, aliaque ſimilia eloquutus, abiit ex oculis. *Idem ibidem.*

S. Antonius, ut de eo narrat *Vincent. Mainardus in vita apud Sur. to.2.* vocaverat ad prandium convivam, cùmque panariæ cellæ præpoſitus omnes panes in egenos diſtribuiſſet, nihilque ſupereſſe diceret; ait, Nil diffidas. Qui enim dat jumentis eſcam ipſorum, is certè nos homines paſcere non tardabit, aut negliget.

Francisci Borgiæ è Societat. Jeſu, eadem in Deum fiducia extitit. Nam cùm Hiſpali nec cibum, nec pecunias domi haberet, & nihilominus ſigno communi dato, in triclinium Socii convenirent, ille paululùm ſe colligens, Deum præcabatur. Et ſtatim velut hilaris, Fidite inquiebat, Deo curæ ſumus. Dixerat. Et ecce pulſans ad oſtium, D qui caniſtrum ciborum defert, quæ is conſpicatus: Diſcite, ſubintulit, filii Deo fidere. Cujus ſi gloriam quærimus, animis, corporibuſque nihil defore, pro explarato habetote. *Ribadeneira l.2. vitæ c.10. & ex eo Beyerlinck in Apophth. Chriſtian. tit. Fiducia.*

Veſtitus Religioſorum.

Humilis.

Fastradus quondam Ciſtercienſis Abbas eximiæ ſanctitatis, nobilis quidem genere, ſed nobilior morum elegantia: electus eſt ad regimen Claræ vallis, ſed rumore iſto turbatus, & anxius fugam arripuit, venienſque in domum vallis S. Petri, quod eſt monaſterium Carthuſienſis Ordinis, dies aliquot ibidem latuit: ubi cùm diu, noctuque in oratione perſiſteret, factus eſt in mentis exceſſu; & apparuit ei in magna gloria virgo puerpera Domina Angelorum, portans in manibus regem gloriæ, parvulum ſuum Jeſum, quam cum vidiſſet, procidit ad pedes ejus, obſecrans ut ſui miſereretur. Cui beata Virgo reſpondit: Quid turbaris, ò homo? & imponens in ulnas ipſius veluti alteri Simeon nobilem illam ſarcinam, quam geſtabat: ait: Accipe filium meum, & ſerva mihi illum. E Quo facto ſublata eſt viſio ab oculis ejus, & rediens ad ſeipſum intellexit, quoniam à Domino egreſſus eſt ſermo: & quia verè filii Dei, & membra Chriſti, ejus providentiæ committebantur. Cæterùm in exteriori habitu, & cultu, pro officii ſui dignitate, quàm humilis, & quàm temperans exiterit, hoc uno, quod dicturus ſum, facilè advertere erit. Quadam die veſtiarius Monachus in lectulo illius cucullam, neſcio, an tunicam, qua ipſum indui vellet, ſolito meliorem appoſuit. Increpavit eum pater audiente me, & dixit: Quid eſt, dilecte mi frater, quod facere cupis ut à communitate fratrum noſtrorum me ſepares, notabili habitu decolores? An quia Abbatis nomine cenſeor, propterea monachus eſſe non debeo? Nunquid idcircò miniſter, & ſervus conſtitutus ſum aliorum, ut lautioribus epulis debeam ſaginari, & cultioribus veſtibus ornari? ſi pacem meam quæris, & præceptis meis obedire non deſpicis, precor, atque præcipio, ne id ampliùs facere velis. Nam cùm ego ſim omnium minimus, & apud Deum indignus, magnum mihi eſt: ſi communi omnium victu, atque veſtitu fuero honoratus. Ex quo enim aſſumptus ſum ad regimen animarum, unum eſt F quod præ cæteris timui, & ſemper timeo, ne occaſione hujus adminiſtrationis, pauperem vitam, quam profeſſus ſum, deſeram, & Monachi præmium perdam. *Ex conclavi Gallico rer. notab. Joann. de Aſſignies, c.30.*

Erat S. Equitius valde vilis in veſtibus, atque ita deſpectus, ut ſi quis illum fortaſſis neſciret, ſalutatus eum reſalutare reſpiceret: & quoties ad alia tendebat loca, jumento ſedere conſueverat, quod deſpicabilius omnibus jumentis in cella potuiſſet reperiri. In quo etiam capiſtro pro fræno, & vervecum pellibus pro ſella utebatur. Per ſemetipſum ſacros codices in pelliceis ſacculis miſſos dextro, lævoque portabat latere, & quocumque perveniſſet, ſcripturarum fontem accipiebat, & rigabat prata mentium. Hujus quoque prædicationis opinio ad Romanæ urbis notitiam pervenit, atque (ut eſt lingua adulantium auditoris ſui animum amplectendo necans) eo tempore Clerici hujus Apoſtolicæ ſedis Antiſtiti adulando quæſti ſunt dicentes: Quis eſt iſte ruſticus vir, qui auctoritatem prædicationis ſibi arripuit, & officium Apoſtolici Domini noſtri ſibimet uſurpare indoctus præſumit? mittatur igitur, ſi placet, qui huc eum G exhibeat, ut quis ſit Eccleſiaſticus vigor, agnoſcat. Sicut autem moris eſt, ut occupato in multis animo adulatio valdè ſurrepat, ſi ab ipſo cordis oſtio nequaquam citiùs fuerit repulſa, ſuadentibus Clericis conſenſum Pontifex præbuit, ut ad Romanam urbem deduceretur, & quænam ſua eſſet menſura, cognoſceret. Julianum verò tunc defenſorem mittens: qui Sabinenſi Eccleſiæ poſtmodum in Epiſcopatu præfuit, hoc præcepit, ut cum magno honore eum deduceret, ne quidquam Dei famulus ex conventione eadem, incuriæ ſentiret. Qui parere de eo clericorum votis concitus volens; feſtinè ad monaſterium cucurrit, ibique abſente illo antiquarios ſcribentes reperit, & ubi Abbas eſſet, inquiſivit. Qui dixerunt: In valle hac, quæ Monaſterio ſubiacet, fœnum ſecat. Idem verò Julianus ſuperbum valde, atque contumacem puerum habuit, cui vix poterat, vel ipſe dominari. Hunc ergo miſit, ut eum ad ſe ſub celeritate perduceret. Perrexit puer, & protervo ſpiritu pratum velociter ingreſſus, omneſque illic intuens fœnum ſecantes requiſivit, quiſnam eſſet Equitius, moxque ut audivit, quis eſſet, eum adhuc longè poſitus aſpexit, & immenſo timore correptus H eſt, cœpitque tremore laſſeſcere, ſeque ipſum nutanti greſſu vix poſſe portare. Qui tremens ad Dei hominem pervenit, atque ulnis ſuis ejus genua deoſculans humiliter ſtrinxit, ſuumque dominum ei occurriſſe nunciavit, cui ſalutato Dei famulus præcepit, dicens: Læva fœnum viride, porta pabulum jumentis, in quibus veniſtis, Ecce ego, quia parum ſupereſt, opere completo te ſubſequor. Is autem, qui miſſus fuerat Julianus defenſor mirabatur valdè, quidnam eſſet, quòd redire moraretur puer: Tunc eſſe revertentem puerum conſpicit, atque in collo ejus fœnum, ex prato ferentem, qui vehementer iratus cœpit clamare, dicens: Quid eſt hoc? ego te miſi hominem deducere, & non fœnum portare: cui reſpondit puer: Quem quæris, ecce ſubſequitur. Tum ecce Dei famulus clavatis caligis calceatus falcem fœnariam in collo deferens veniebat. Quem adhuc longè poſitum puer domino ſuo, quia ipſe eſſet, quem quæreret, nunciavit. Idem verò *Julianus* repentè ut vidit Dei famulum, ex ipſo habitu deſpexit,

eumque

cumque qualiter deberet alloqui, proterva mente præparabat: A mox verò ut ſervus Dei cominus aſſuit, ejuſdem Juliani animum intolerabilis pavor invaſit, ita ut tremeret, atque ad inſinuandum hoc ipſum, propter quod venerat, vix ſufficere lingua potuiſſet. Qui humiliato mox ſpiritu ad ejus genua cucurrit, orationem pro ſe fieri petiit,& quia pater ejus Apoſtolicus Pontifex eum videre vellet, indicavit: Vir autem venerandus Equitius cœpit immenſas gratias omnipotenti Deo agere, aſſerens quòd ſe per ſummum Pontificem gratia ſuperna viſitaſſet. Ita *D. Greg. lib. 1. Dialog. c. 4.*

ASPER.

S. FRANCISCUS veſtis horrebat mollitiem, aſperitatem amabat, aſſerens, propter hoc S. Joannem Baptiſtam ore divino fuiſſe laudatum. Si quando verò in data ſibi tunica lenitatem ſentiret, chordulis eam contexebat interius: quia non in caſulis pauperum, ſed in palatiis Principum, juxta veritatis verbum, veſtimentorum dicebat requirendam eſſe mollitiem. Experientia enim certa didicerat, dæmones aſperitate terreri: delicioſis autem, & mollibus veſtibus ad tentandum fortiùs animari. Unde cùm nocte quadam pro- B pter infirmitatem capitis, & oculorum, præter ſolitum morem cervical de pluma poſitum haberet ad caput, dæmon in illud ingreſſus, ipſum uſque ad horam matutinalem inquietatum multimodè à ſanctæ orationis ſtudio perturbavit, donec vocato ſocio pulvinar cum dæmonio fecit extra cellulam longiùs exportari. Egreſſus autem cum pulvinari frater de cella membrorum omnium vires amiſit, & uſum, quouſque ad vocem ſancti patris hoc cognoſcentis in ſpiritu, vigor priſtinus cordis, & corporis ſibi fuit plenariè reſtitutus. Ita *Bonavent. in vita c. 5.*

CONTEMPTIBILIS.

MARTA Henriquez Ferdinandi regis Catholici patruelis, & Franciſci Borgiæ olim ducis Gandiæ, poſteà verò Societatis Jeſu religioſi,avia, abdicatis aulæ titulis in D. Claræ monaſterio ſeſe Deo dedicavit. Ejus porrò filia cùm in eodem monaſterio, Abbatiſſæ, ut vulgò nominant, titulo præeſſet virginibus, matri pro tunica detrita novam tradidit, juſſitque ut veterem ſibi indumento relinqueret. Certatum hic utrimque officioſè de attrita veſte, dum neutra alteri eam concedit. Ceſſit tandem mater filiæ, ut dignitate tum majori, hoc addito C augurii loco: Habe tibi nata veſtem meam, quam cupidè affectaſti attritam. Faxit parens ille univerſi Deus, qui nos, noſtraque reſpicit; tum demum eam abiicias, cùm in Carpetanorum regno (ut poſt evenit) noſtrarum virginum, D. Claræ titulo, familiam inſtitues. Ita ferè *Scotus, in vita D. Borgiæ l. 1. c. 6.*

Veſtitu erat Franciſcus Xaverius, cultuque corporis vulgari. Pannoſus ex Urbe in Luſitaniam, atque inde in Indiam perrexit. In India honeſto veſtitu, qui offerebatur, repudiato, cannabinam adamavit tunicam ſine pallio, veritus, ne ſplendorem habitus (ut fit) aliqua animi elatio ſequeretur. Franciſci toga detrita uſu jam erat, laceraque, amici novam ei offerebant: at ille ſua paupertate ſe involvens, nunquam paſſus eſt veterem ſibi detrahi, ut indueret novam. Itaque miſſus ab eis, qui intempeſta nocte dormienti Xaverio laceram veſtem auferret, novamque ejus ſubſtitueret loco. Ille ante lucem ſurgens, quam reperit veſtem induit pro ſua, eaque indutus deinde prodiit in publicum, nihil penitus benignam amicorum fraudem ſentiens. Erat forma novæ togæ longè alia quàm veteris. Ergo eodem die cùm apud Franciſ- D cum Paviam, alioſque amicos rei conſcios cœnaret, illi velut admirabundi ſuper cœnam, quidnam illud veſtimenti eſſet, per jocum rogitare cœperunt. Tum demum Xaverius togæ advertit animum. Ut verò oculis, manibuſque novam eſſe perſenſit, obſtupuit ſcilicet. Mox fraude intellecta ſubridens ait: nimirum alienum illum veſtitum aliis convenire, non ſibi. Subinde autem ſummis precibus eos tandem exoravit, ut ſubductam togam redderent, ſubjectam reciperent. Igitur ſumma Japoniæ frigora, quamquam ſæpe algens, ac tremens, conſueta in toga toleravit. Ex Japonia porrò cum egregiis paupertatis inſignibus galero obſoleto, ſubucula detrita, tunica lacera, variiſque aſſutis pannis deformata de luxu quodammodo triumphans revertit Goam. *Ita Turſellinus in vita l. 6. c. 7.*

Beatus Didacus cùm ſe jam moriturum intelligeret; comitis illius, & adjutricis fideliſſimæ, quæ illum in hujus vitæ peregrinatione nunquam deſeruerat, hoc eſt ſanctæ paupertatis ſupremo vitæ die non oblitus, ſed in ejus intimo ſinu, quàm maximè fieri poſſet convocatis fratribus eos obnixè rogavit, ut ſibi veſtem obſoletam, & laceram, habitum- E que omnium viliſſimum, in quo moreretur, concederent: quo impetrato, multis profuſis lacrymis ab his, qui adſtabant, offenſionem, atque erratorum veniam poſtulavit, quibus copioſè collacrymantibus, ipſe cruce lignea, quam ad caput habebat, arrepta, eamque amplexus, & oſculatus, utroque brachio in altum fortiter ſublato (cùm tamen alterum gravi apoſtemate tumens, ac debilitatum anteà movere non potuiſſet) oculiſque in vitale lignum defixis, verba illa ex ſacro hymno, magno affectu, magnoque pietatis ſpiritu pronunciavit: Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, quæ ſola fuiſti digna portare Regem cœlorum, & Dominum. Quæ cùm dixiſſet, in ipſo ſalutifero Crucis complexu, quam unicè dilexerat, quam in corde, & corpore ſemper geſtaverat, in qua Chriſto confixus, & mundo crucifixus fuerat, animam efflavit, & in domino obdormivit, pridie idus Novembris anno Domini M. CCCC. LXIII. *Ita Sixtus V. Pon. in bulla Canonizat. §. 2.*

* HABITUS RELIGIOSUS honoratus. F

D. THOMAS Aquinas Ordinis Prædicatorum non minimum decus, dum juvenis relicto ſæculo, religioſum inſtitutum, & habitum aſſumpſiſſet, fratreſque per viam interceptum quovis tandem modo dehortarentur, animique religioſi piam conſtantiam labefactare conarentur, idque tanta improbitate, ut & ſacrum habitum corpore detraherent: ille laceros pannos reſumpſit, fruſtiſque collectis corpuſculum contexit, eligens abjectus eſſe in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ita religioſus adoleſcens ſacrum ordinem in veſtimento ordinis honorabat, fratrumque inſultus eludebat. *Clichtonæus in hom. Feſti.*

S. ANASTASIUS Martyr, ut memorat *Surius to. 1. in vita*, dum tam crebris pulſaretur ictibus quàm imber guttas deorſum demittit, ſolam illam à percutientibus gratiam efflagitavit, ut religioſum amictum exuere daretur. Ne inquiens, is unà cum membris meis probro afficiatur. *Laur. Beyerlinck in Apophth. Chriſtian. tit. Religioſus habitus.*

Sed & Ludovicus Caroli II. Franc. Regis filius: dum ad S. Franciſci inſtitutum tranſiviſſet, gratulabundus ei confratrum quiſpiam dixiſſe commemoratur: Multum hodiè ſplendoris G Franciſcanæ familiæ per te acceſſit. Cui ille: Quinimò, multò ampliùs per hunc habitum. *Hieron. Platus l. 2. de bono ſtatu Relig. c. 37. Idem ibidem.*

* HONOR RELIGIOSIS EXHIBENDUS.

De B. Dominico fratrum Prædicatorum anteſignano ita ſcribitur, quo ſeipſe profundiùs abiiciebat, eo magis ab omni hominum genere, & quidem ab ipſis etiam Cardinalibus, & Pontificibus coli ſolitum: à vulgo verò ita impensè, ut beatos ſe putarent, qui cum eo colloqui, vel ejus veſtem manu contingere poſſent, quare cùm omnes ex ejus tunica certatim particulas præcidere ſtuderent, quas deinde reliquarum loco aſſervarent, perpetuum ei fuiſſe, ut veſtem uſque ad genua decurtatam gereret. Quinimmò hoc etiam accepimus, cùm fratres, ut eam ab illo moleſtiam depellerent, quoſdam veſtimenti laciniam vellicantes prohiberent, ab ipſo inhibitos, cùm diceret: ſinendos eſſe, ut ſuæ devotioni ſatisfacerent. *H. Platus de bono ſtatu relig. l. 2. c. 37.*

D. FRANCISCUS Minoritarum Antiſtes, cùm oppidum quodcumque ingrederetur: tanti concurſus fiebant, ut penè comprimeretur. Hoc inter cætera de eo fertur, ali- H quando cum conſtitiſſe, veſtemque, ac manum omnibus ad ſe accedentibus oſculandam præbuiſſe. Quod intuens ejus comes, ac diſcipulus, cùm admiratus eſſet, ac deinde ſolus à ſolo cauſam ſciſcitaretur; Scito, ait Franciſcus, ne minimam quidem mihi ab his debiti honoris partem perſolutam eſſe. Quo reſponſo, cum ille multo adhuc magis obſtupuiſſet, cauſam reddidit, quoniam homines illi non ipſum honorarent, ſed Deum in ipſo, qui ei quicquid religionis, aut quicquid bonorum habebat, contuliſſet. *Idem ibid.*

S. ANNO Archiepiſcopus Colonienſis, monachos, quos ex Italia in Sigebergenſe cœnobium adduxerat, honorabat, ac venerabatur ut dominus ſuos: Nec ſolùm Abbati, ſed & aliis omnibus ita obtemperabat, ut ad primum eorum imperium, quantumlibet gravibus ſeu publicæ, ſeu privatæ rei negotiis implicitus teneretur, mox ſurgeret, & quod peterent, exequeretur. Non patiebatur illos ullius rei inopia laborare.

Cibos ſumma induſtria confectos quotidie, cùm adeſſe liceret A ipſe miniſtrabat, potum miſcebat, ipſe quaſi divinas inter hæc ſingulorum exoſculabatur manus, ad omne denique eorum obſequium quolibet famulo promptior, paratiorque aſſiſtebat; intentuſque lectori, poſtquam omne miniſterium peregiſſet, in aſcenſu graduum, ſatis humili contentus ſede, quieſcebat. *Ex Lamb. Schafnaburg. Surius lib. 1. cap. 23.*

Anno Chriſti trecenteſimo vigeſimo ſexto, Helena Conſtantini mater, fœmina incomparabilis fide, & religione, divinis admonita viſionibus, ſalutiferæ Crucis recuperandæ gratia Hieroſolymam petiit: ubi inter cætera reliquit etiam indicium hoc religioſi animi Regina venerabilis: Virgines, quas ibi reperit Deo ſacratas, invitaſſe ad prandium, & tanta eas devotione curaſſe dicitur, ut indignum crederet, ſi famularum uterentur officiis, ſed ipſa manibus ſuis famulæ habitu ſuccincta cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus affunderet, & Regina Orbis, ac mater imperii, famularum Chriſti ſe famulam deputaret. *Ex Ruffino lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 8. Niceph. Baron. tom. 3. an. 326.*

Antonii Magni vehementi virtutum fama commotus, atque in omnibus perſuaſus Conſtantinus Imperator religio- B ſiſſimus, atque filii ejus Cæſares, ad eum pietatis ergo, officii, & amoris plenas literas dedere; ut quem tam longè poſitum non liceret aſpicere, atque præſertim alloqui internuncio literarum inviſerent, & cum eo pariter loquerentur. Teſtatur id ejus res geſtas relegens S. Athanaſius, dicens: Hoc in eo viro admirabile eſt, ut hominem in extremo mundi limite conditum, & Principum favor, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Conſtantinus Auguſtus, & ejus liberi Conſtans, atque Conſtantius, talia cognoſcentes, crebrò ad ipſum quaſi ad patrem miſſis litteris, obſecrabant, ut reciprocis ſe ſcriptis exhilararet. At ille ejuſmodi manens, qualis, antequam literæ ad eum venirent, fuerat, nec ſalutatione Principum movebatur, & tanquam non acceptis litteris, convocatis monachis, ajebat, Reges ſæculi ad nos miſerunt epiſtolas. Quæ hìc Chriſtianis adhibenda admiratio eſt? licèt enim diverſa ſit dignitas, attamen eadem naſcendi, & moriendi conditio eſt, &c. Quæ monachis ratio eſt cum Regum epiſtolis? Cur accipiam litteras, quibus conſueta neſciam reddere ſalutationis obſequia? Igitur rogatus ab univerſis fratribus, ut Chriſtianos Reges ſuis literis refrigera- C ret, ne ſcilicet per ſilentium ejus exaſperarentur, ad ſuſceptas litteras convenientia reſcripſit. Laudavit primum, quod Chriſtum colerent: deinde ſalutaria perſuaſit, ne magnam putarent regiam poteſtatem, ne præſentis carnis imperio tumentes, ſe homines eſſe neſcirent, & à Chriſto adjudicandos oblivi̇ſcerentur. Ad poſtremum clementiæ circa ſubiectos, & juſtitiæ, curæ, quoque inopum admonuit: atque unum ſempiternum eſſe Regem omnium ſæculorum Chriſtum Jeſum, epiſtolis teſtatus eſt. His Princeps ſuſceptis vehementiſſimè lætabatur. *Athanaſ. in vita ejus, Baron. tom 3. ad an. 328.*

ARSENIUS Arcadium adoleſcentem, Theodoſii Imperatoris filium inſtituendum ſuſceperat, tam parva ejus gratia, ut ei fugiendum fuerit, quod necem ſibi ab illo parari comperiſſet. Idem tamen cùm poſt diuturnas latebras compertus eſſet in Dei famulatu, Arcadius ipſe ad imperium jam provectus, literas ad eum ultrò ſcripſit penè ſupplices: quibus & ſe, & imperium ſuum illi commendabat. *H. Plat. de bono ſtatu relig. lib. 2. cap. 37.*

D Cùm Maurus monachus Caſſinenſis à S. Benedicto in Galliam eſſet deſtinatus, non ſolùm Florus Theodeberto Regi ita charus, ut ab ipſo uno ſecundus haberetur, & filium, & opes, quæ maximæ erant, & inſuper ſe ipſum, tota mirante Gallia, ejus monaſterio addixit; ſed Rex ipſe Theodebertus ad illam novellam Chriſti Domini cohortem viſitandam aliquot dierum itinere adiit: quò cùm veniſſet, poſt preces in templo piè peractas, in fratrum conventum pergens, ſeſe quàm humillimè in pavimento proſtravit; regiam purpuram, ſummamque poteſtatem ſub pannoſorum, & pauperum hominum pedibus deprimens; præterea etiam deprecans, ut ſe in ſuam (ſic enim loquutus eſt) ſocietatem recipere ne gravarentur, ſuumque nomen inter eorum nomina aſcribere: ad extremum etiam donis plurimis ex auro, atque argento ad Eccleſiæ ornatum prolatis, ita diſceſſit, ut magnum ſe à Domino beneficium accepiſſe reputaret, quod illos Dei famulos videre, & alloqui potuiſſet. *Idem ex D. Antonio 2. part. hiſt. tit. 15. cap. 14.*

* ODIUM ERGA RELIGIOSOS. E

Hoſtes Religioſorum, eorumque vindicta, & pœna.

Vexatam fuiſſe Ægyptum perſecutione Juliani Imperatoris, Apollonii ſanctiſſimi monachi acta fidem faciunt: in quibus, quæ ipſum pati contigerit, his verbis deſcripta ab Evagrio referuntur: Hic cùm audiſſet Juliani temporibus, fratrem quendam ad militiam comprehenſum detineri in carcere (cogebat impius clericos, & monachos militare) venit ad eum conſolandi gratia, ut moneret eum in neceſſitate tenere conſtantiam, atque imminentia contemnere, ac deridere pericula. Tempus enim, ait, certaminis adeſt, in quo fidelium mentes tentationibus probandæ ſint, & noſcendæ. Cùmque his, & aliis verbis adhortaretur animum adoleſcentis, ſupervenit Centurio, & indignatus cur introire auſus eſſet, claves intrinſecus carceri impoſuit, ipſum quoque, & omnes qui cum eo venerant, pariter concluſit, quo ſcilicet etiam ipſi ſimiliter ad militiæ detinerentur officium: conſtituens quoque cuſtodes, quàm plurimos, abſceſſit. Medio autem noctis aſtare viſus eſt Angelus ingenti luce reſplendens, & obſtupefactis, perterritiſque cuſtodibus, carceris F clauſtra patefacit. Tunc verò ipſi cuſtodes advoluti ad pedes ſanctorum, rogabant eos diſcedere, dicentes, meliùs ſibi eſſe mori pro his, quàm divinæ virtuti obſiſtere, quæ eorum curam gerebat. Manè verò etiam ipſe Centurio cum principalibus viris feſtinus ad carcerem venit, rogans ut diſcederent omnes, qui detineri videbantur. Dicebat enim domum ſuam terræ motu magno concidiſſe, & electos quoſque famulorum ſuorum peremiſſe. Sancti verò his auditis, hymnum Deo, laudeſque cecinerunt; & regreſſi ad eremum erant in unum poſiti, ſecundùm Apoſtolorum exemplum, habentes cor unum, & animam unam. *Evagrius in vita Patrum cap. 7.*

Cùm Balatius, qui ſub Neſtorio Præfecto Alexandriæ dux Ægypti fuit, homo Arianæ iniquitatis ſtudioſiſſimus fautor, ita Chriſti Eccleſiam perſequeretur, ut animo veſano virgines, monachoſque nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius litteras miſit, quarum iſta ſententia eſt: Video iram Dei venientem ſuper te: deſine perſequi Chriſtianos, ne te ira occupet, quæ proximum jam tibi minatur interitum. Legit infelix epiſtolam, & irriſit, atque in eam expuens projecit in terram, portitores quoque multis afficiens injuriis. Antonio ta- G lia renunciari præcepit. Quoniam cura tibi tantoperè monachorum eſt, etiam ad te mei rigoris tranſibit diſciplina. Sed confeſtim minitatorem oppreſſit ſupplicium, & poſt quinque dies os effrænatum ultio divina compeſcuit. Egreditur enim ad primam manſionem Alexandriæ, quæ appellatur Chæræum, cum ſupradicto Ægypti Præfecto Neſtorio: vehuntur equis, quos inter omnes, Balatius, cujus erant, manſuetiſſimos nutrierat. Cùm ergo pariter ſolito ſibimet equi alluderent, mitior, quo Neſtorius vehebatur, morſu repentino Balatium decuſſit in terram, ac ſic in eum inhians femora ejus laceravit, atque corroſit, ut ſtatim relatus ad civitatem poſt tertium diem moreretur, univerſique agnoſcerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quantocius conſecutum, digno perſecutoris fine completo. *Ita S. Athanaſ. in vita S. Antonii.*

Nec diſpar eſt hujus generis exemplum, quòd vidit terrarum orbis in Sancto Columbano, ejuſque ſociis, qui cùm è Jauxonienſi monaſterio à Thedorico Rege Burgundiæ impulſu aviæ Brunechildis, præter cæteras inju- H rias in exilium pulſus eſſet cum aliquot è ſuis; primùm in ea fuga ſatelles, qui per inſolentiam unum ex ejus fratribus fuſte ceciderat, paulò poſt eodem loco aquis ſuffocatus eſt, ut ei propheticè prædixerat Columbanus. At Theodericus inito bello cum fratre Theodeberto, in Metenſi urbe incendio, ſeu caſu, ſeu divinitus excitato, abſumptus eſt: cujus regnum invadens Clotharius Rex Franciæ, primùm ſex filios ejus captos omnes interemit, deinde Brunechildem penè alteram Jezabelem camelo impoſitam, ignominioſè per totum exercitum ſpectandam circumduxit, denique etiam indomitorum equorum caudis alligatam diſcerpi juſſit, qua pœna & illa miſerrimè vitam finivit, & ea tota familia radicitus extincta, regnum omne in Clotarium tranſlatum eſt. *Joannes Abbas c. 19. 20. 21. vitæ ejus.*

Anno Dom. 1062. Cluniacenſes monachi infenſiſſimum, & omnino implacabilem paſſi ſunt adverſariū comitem Andegavenſem: de quo hæc ſcripta leguntur: Turones, inquit Hugo monachus, venerat venerabilis Hugo Cluniacenſis Abbas,

ut pro Abbatia majoris monaſterii, quam violentia Comitis Andegavenſis Gaufredi cognomento Barbari, nimis oppreſſerat, interceſſor adeſſet. Cùm omni itaque humilitate Comitem exorans, quia duriorem invenit, ejus ſe advolvere pedibus vir ſanctus non erubuit. Sed cùm nulla ratione ab oppreſſione monaſterii cum poſſet compeſcere, atque cùm multa indignatione recedentem retinere vellet, fibula, qua ejus chlamys ſtringebatur, dirupta eſt. Abeunti itaque prophetica voce illud Samuelis illicò inclamavit: Sciſſum eſt à te regnum hodie. Qui mox juxta viri Dei vaticinium, perdidit Dominum, à fratre ſuo Fulcone captus, & in carcerem conjectus: unde etiam ſenſu jam debilitatus, non niſi morte ſolutus exivit. *Baron. Tom. 2. an. 1092. ex Hugone monacho.*

Illuſtre etiam fuit, magnopere theatro ſpectatum, quod in hoc genere accidit, anno poſt Chriſtum natum milleſimo, ac trecenteſimo quinquageſimo nono, in Armacano Hyberniæ Primate, qui primùm in Anglia, deinde Avenione, ubi tum Pontificia ſedes morabatur, in publico Cardinalium conventu, multa contra Mendicantium ſtatum evomuit: Quam cauſam cum obſtinatè urgeret, non multò poſt è vita ſublatus eſt, & unà cum ipſo ipſius quoque criminationes ſepultæ. *Platus lib. 1. cap. 11. ex Chron. F. minorum.*

Annis fermè viginti poſt hoc factum, aliud etiam evenit admodum memorabile. Prælati quidam, neſcio quo ſpiritu inducti, de Franciſcano Ordine abolendo conſilia inter ſe contulerunt, & ad eam rem perficiendam quoddam aliquot Epiſcoporum conventiculum coegerunt. Erat autem in eadem urbe Eccleſia præcipua, & in Eccleſiæ feneſtris vitreis duæ imagines pictæ, una ſancti Pauli, qui enſem, altera S. Franciſci, qui crucem manibus tenebat. Nocte æditus viſus eſt ſibi Paulum audire hæc dicentem: Quid agis, Franciſce? cur tuam non defendis familiam? cui ille; Quid faciam, nihil habeo præter crucem, & hæc ipſa me admonet de patientia ſervanda. Tum Apoſtolus hortari, ne tantam ferret injuriam, ſuumque ei offerre gladium. Territus æditus, ſimul ac illuxit, accurrit in templum, certoque vidit utramque imaginem inſignia inter ſe commutaſſe, atque in Pauli dextera crucem adhuc eſſe, Franciſcum verò habere gladium cruore ſtillantem: quod dum ſecum tacitus miraretur, increbuit rumor, Epiſcopum illum, qui ejus conſilii auctor fuerat, repertum eſſe mortuum, præciſis cervicibus. At ipſe quoque nocturnum viſum narrare cœpit, ac pro ejus fide ipſas imagines omnibus oſtentare. *Idem ex iiſdem.*

Sicut dæmon ſuperioribus Ordinibus infeſtus fuit, ſic aliis omnibus, ſic poſtremò Societati Jeſu, quam non ſolùm per patres variis in locis, vario præliorum genere exercuit, ſed Romæ quoque fundamenta ejus vix jacta ſumma vi demoliri conatus eſt, cùm fictis per quoſdam ſuos miniſtros criminibus Ignatium caput noſtrum, ejuſque ſocios in ſummam hæreſis, aliorumque flagitiorum infamiam adduxiſſet. Verùm hic quoque Dei ſe numen oſtendit, cujus certa atque illuſtri providentia effectum eſt, ut noſtri primùm honorifica judicum ſententia ab omni ſuſpicione eximerentur: deinde omnes illi tam turpis calumniæ auctores ſua quiſque pœna mulctarentur: unus in exilium actus: alter paulò poſt morbo conſumptus, cùm magna teſtificatione doloris ob hoc factum: tertii, cùm malè ſibi de hæreſi conſcius fugiſſet, ſtatua publicè combuſta: quartus item ob hæreſim perpetuo carceri addictus: ultimus ad Lutheranos, quod ipſum fuit ſupplicium graviſſimum, ſeſe recepit. *Idem in proœmio lib. 1.*

RELIGIOSORUM FAMILIÆ ERECTÆ. DOTATÆ, &c.

☞ *Quære Titulum, Monaſteria.*

☞ *Item in loco de Religione. Tit. Cultus Chriſtianus. Ubi de eo agitur reſpectu Inſtrumentorum, & obiectorum circa quæ exercetur. Utputa monaſteria extruendo, &c.*

* VIOLANTIUM RELIGIOSORUM Familias, & domos pœna.

Anno Chriſti nongenteſimo trigeſimo nono; cùm Otho Rex in Alſatia circumdaretur potentiſſimo exercitu adverſariorum, Comes quidam tunc prædives cum eo erat, cujus multitudo militum Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns plurimos ex Regis acie deſertores, ac transfugas fieri non interiorem, ſed exteriorem conſiderans hominem, tacitus hæc ſecum loqui cœpit. Quidquid à Rege in hac perturbatione conſtituto petiero, ſine dubio impetrabo, præſertim cùm & acre bellum immineat, ac ne ſe deſeram, timeat. Nuntiis itaque directis, Regi ſupplicat, ut Abbatiam quandam Laureſheim dictam, prædiis ditiſſimam, ſibi concedat cum ſuis poſſeſſionibus, ut quod ſibi deerat, militibus ſuis miniſtrare prævaleat. Rex autem columbina non ſolum, ſed ut erat viperina calliditate ſuffarcinatus, non hoc quid portenderet, minimè advertere potuit, unde his nuntiis apologeticum dedit dicens: illi quid ſuper hac re ſentiam, verbis potius explicabo quàm nuntiis. Quod qui eos direxerat audiens, immenſa eſt affectus animi lætitia, ſperans quod popoſcerat impetraſſe. Unde & moræ impatiens Regem adiit, cumque ſententiam ſuper hac re promere poſtulavit. Cui rex populo circumſtante: Obedire, inquit, magis oportet Deo, quam hominibus. Quis enim ſanum ſapiens, ignorat, te hæc non humilitate petitionis, ſed comminationis auctoritate dixiſſe; Scriptum eſt enim: Nolite ſanctum dare canibus. Quod quamvis de Doctoribus ſpiritualiter intelligendum eſſe prædicetur: ego tamen ſatis me dare canibus ſanctum cenſeo, ſi monaſteriorum prædia, quæ à religioſis viris Deo militantibus ſunt tradita, tulero, & ſæculo militantibus dedero. Tibi verò tam procaciter injuſta petenti, ſub teſtimonium totius populi, nec hoc, nec aliud unquam te à me accepturum eſſe teſtificor: ſi cordi tibi eſt cum cæteris infidelibus avolare: quantò citius, tantò melius. His auditis (quia facies ſpeculum eſt mentis) cordis verecundiam vultus rubore nudavit, concituſque Regis ad pedes corruens, ſe peccaſſe, ſe graviter deliquiſſe, confeſſus eſt. *Conrad. Abb. Urſperg. in Chronico. In Otho. I. Imp.*

Gens Northmanica Galliam irrumpens Pariſios uſque pervenit, monaſteriumque beati Germani Pontificis depopulata eſt. Quorum dux Racenarius nomine, ſub Principe Borico hanc devaſtationem peragens, dum ante dictum principem ſuum ſe jactaret, opulentiſſimum Regnum Caroli acquiſiſſe, & monaſterium almi Germani devaſtaſſe, & quod ibi majorem mortui, quàm vivi virtutem haberent, nullumque ſibi reſtitiſſe præter Germanum ſenem mortuum: continuò virtutem beati viri expertus concidit, ac poſt triduum expiravit: non ſolùm ipſe, verùm etiam, & cæteri raptores, & violatores ſancti loci dyſenteriæ morbo perierunt. *Haymon. Monach. lib. 1. mirac. S. Germani cap. 11.*

Cùm propter monaſticam diſciplinam ſolutam ipſa jam monaſteria laicorum manibus traderentur, Gaidulphus Ravennas acceptum à Rege Francorum Foſſatenſe monaſterium ejectis monachis, ſolo æquatum, ac profanum redditum uſurpavit; ſed non impunè, uti rei geſtæ hiſtoriam Odo, qui hoc ſæculo vixit, omni fide optimè teſtatam reliquit: Poſtquàm, inquit, cuncta, quæ animo conceperat, juxta Dei permiſſionem, de eodem exercuit loco Gaidulphus, convocatis amicorum, atque affinium turmis ad convivium apparatioris prandii, ſcelerate à ſe geſta poſt inſatiabilem lautiorum edacitatem ciborum, & meri nimiam potationem, cunctis qui aderant, jactantiæ deſperabiliter barathro demerſus, referre cœpit: Ne inquiens, teterrimum genus monachorum per ſuccedentia tempora locum hunc, vanis ſpebus animatum repetere, aut vindicare valeat, cùm domorum everſione teſtamenta ſunt ablata prædiorum, quibus ſe opinari poterant poſſeſſiones tantorum recuperaturo fundorum. Necdum verba compleverat, cùm ecce contra ſe ſuper menſam, ad quàm laſciviens reſidebat, aſtare vidit venerandi monachum habitus, virum, cujus facies igneo reſplendebat aſpectu; canities verò comptiſſimi dignitate honoris ſuper nivem micans candebat, qui ferulam manu geſtans, torviſque aliquantiſper reſpiciens luminibus, eum forti conamine calce quidem in ventre, ferula autem in capite validè percuſſit. Qui illico amens effectus, atque caput huc, illucque ſuper ſcapulas crebrò jactans, ejulando clamare cœpit: Maure, tu me interficis: Maure, tu me interficis. Cùmque hæc, & alia, cunctis, qui aderant, audientibus, oculis jam cæcatus, quos capitis percuſſione amiſerat, frequenter repeteret, Arii mulctatus damnatione, effuſis inteſtinis, infelicem (ut erat dignus) finivit vitam, particeps dæmoniorum effectus. *D. Auroultius in Catechiſmo hiſtoriali, Tom. 4.*

Non minus pavendum eſt, quod ſequitur. Michael ille Cheroſpactes, vir ſcilicet illuſtris, nullique inter Lacedæmonios noſtros honore, gloria, opibus ſecundus: ad hæc facundia, indole, forma, ſuavitate morum, ſapientia, aliaque omni laude præſtans erat, adeò ut in ore omnium cum ſuaviſſimo ſenſu verſaretur. Sed quàm difficile eſt humanæ naturæ

hoſtis

hoſtis inſidiis nunquam ſuccumbere, rectèque iter uſque ad finem inoffenſo pede decurrere: Deflexit vir incomparabilis, & invidiæ face accenſus contra monaſterium impudenter exarſit, leviſſimo cujuſdam agri prætextu, quem lædere monaſterii pecora dicebantur. Ergo collecta facinoroſorum hominum manu, cùm ad locum veniſſet, primùm quidem Zoſimum monachum annis gravem, qui monaſterii res procurabat, nihil ejus canos, nec virtutem veritus, veſte ſua ſpoliatum, atque in terram proſtratum, pugnis, fuſtibuſque ita vexavit, ut tantùm non exanimatum reliquerit: deinde Syracuſanum illum Dionyſium imitari volens, in agreſtes etiam operas, famuloſque ſævire parabat, niſi fuga ſaluti ſuæ conſuluiſſent. Tum verò monaſterii res omnes Myſorum prædæ expoſuit, non cauſis ipſis, pecorumque ſeptis parcens, quibus etiam flammas ſubiecit, ne quid eſſet, quo tegi capræ, oveſque, & à furum, ferarumque inſidiis defendi poſſent. Ita demum, quaſi parta victoria, ovans, in equo miſer exultabat, cùm ſubitam illatæ ſancto injuriæ vindictam expertus eſt. Nocte inſecuta, terribili, ut in his ſolebat, aſpectu dormienti S. Nicon ſe obiicit, graviſſimiſque, & acerrimis verbis increpans: Quid tibi mecum, ait, ut tantùm audaciæ, furoriſque conciperes, & contra nos, Deumque ipſum inſurgere non formides: Sed diuturni arrogantiæ hujus conatus non erunt, ſentieſque tandem haud optabilem exitum fore, ac docebit experientia, quantum mali ſit temeritas, & projecta in Deum, ejuſque ſervos arrogantia. Atque his dictis receſſit. Michaelem verò ardentiſſima illicò febris invaſit, & cum febre paralyſis. Ita domum relatus mortem expectabat. Cùm iterùm ipſi tanquam in mentis exceſſu oblatus Nicon, ſuccenſebat porrò, eademque cum minis exprobrabat. Unde ad conſanguineos, qui aderant, converſus: Non videtis, ait, monachum iſtum, qui mihi dira omnia minitatur? Tum expelli, & abigi eum rogabat, atque jubebat. Verùm illi, quia neminem videbant, ampliùs morabantur. Paulo poſt cùm ad ſe quodammodo rediiſſet: ex utriuſque viſi argumentis mali ſui cauſam conjectans, ſtultitiam ſuam reprehendere, calamitatemque lamentari cœpit: Heu, heu, inquit, quia mihi nunc contra quam Job contigit: Timor enim, quem non timebam, evenit mihi, & quòd non verebar, accidit. Deinde ſceleris emendationem pœnitentia promittens, & quòd cum cætera, quæ inconſultò egerat, corrigeret, tum caularum cancellos ferreis repagulis obvallaret; morbi finem unicè deprecabatur. Cæterùm ejus preces à Deo exauditæ non ſunt. Dominus enim qui finxit ſigillatim corda noſtra pravum, fictumque hominis animum intuens, qualis in pleriſque ſolet eſſe mortalium: qui tempore quidem afflictionis Dei recordantur; aſpernantur autem, cùm exempti malis fuerint, irritam, atque inanem abire ejus orationem paſſus eſt. Quare, ingraveſcente vi morbi, in luctuoſis illis vocibus oppreſſus eſt: gravi ferocibus, ſuperbiſque documento, ut ira ſua moderatè uti diſcant, Deique judicia reformident. *Idem Ibid.*

Anno Domini 576. Chilpericus per filium ſuum Theodobertum magnam intulit cladem, ſuperato Gundebalo Duce, Turonenſibus, Pictavienſibus, atque aliarum civitatum Eccleſiis: quàm paucis his Gregorius ipſe Turonenſis Antiſtes ita perſtringit. Commoto autem exercitu Lemovicinum, Cadurcinum, ac reliquas illorum provincias pervadit, vaſtat, evertit, Eccleſias incendit, miniſteria detrahit, clericos interficit, monaſteria virorum deiicit, puellas deludit, & cuncta devaſtat, fuitque illo in tempore pejor in Eccleſiis gemitus, quàm tempore perſecutoris Diocletiani, &c. Quid de Latta monaſterio referam, in quo beati Martini habentur reliquiæ; Cùm ad eum unus cuneus hoſtium adventaret, & fluvium, qui propinquus eſt, tranſire diſponeret, ut monaſterium exſpoliaret: clamaverunt monachi dicentes: Nolite barbari, nolite huc tranſire: beati enim Martini iſtud eſt monaſterium. Hæc audientes eorum multi compuncti à Dei timore regreſſi ſunt. Viginti tamen ex ipſis, qui non metuebant Deum, neque beatum confeſſorem honorabant, aſcendentes navem, illuc tranſgrediuntur, & inimico ſtimulante, monachos cædunt, monaſterium evertunt, reſque diripiunt, de quibus facientes ſarcinas, navi imponunt; ingreſſique fluvium, protinus vibrante carina, huc illucque feruntur. Cùmque amiſſo auxilio remorum, haſtilibus lancearum in fundo alvei defixis, remeare conarentur, navis ſub pedibus eorum dehiſcit, uniuſcujuſque ferrum quod contra ſe tenebat, pectori defigitur: tranſverberatique cuncti à propriis jaculis interimuntur. Unus tantùm ex ipſis, qui eos increpabat, ne iſta committerent, remanſit illæſus. Quòd ſi quis hoc fortuitò eveniſſe dicat: cernat unum inſontem plurimus evaſiſſe de Noxiis. Quibus interfectis, monachi ipſos, & res ſuas alveo detrahentes, & illos ſepelientes, domi reſtituunt.

Poſtquam Regimbodo vir eruditus in Abbatem monaſterii Hirſaugienſis electus eſſet, Eduvidus tyrannus multum inquietare cœpit monaſterium dictum, & fratres Sancti Aurelii, dicens, ſibi deberi ſummam non parvam pecuniarum, quàm Gerungo Abbati quondam mutuaſſet. Qui cum multa minaretur incommoda, fratres, qui mendacium hominis noverant, Divinum cœperunt implorare auxilium, ſanctoque Aurelio monaſterii ſui cauſam tuendam contra improbitatem tyranni commiſerunt. Et ecce quadam nocte, cùm in craſtinum dies placiti ab utraque parte conſtitutus eſſet, apparuit tyranno ſanctus præſul in ſomnis, dicens: Impie tyranne, quid tibi, & fratribus meis, quos injuſtè bonis ſuis ſpoliare diſponis? Non tibi cedet impunè. His dictis divus Aurelius baculum paſtoralem levans, quem manu geſtabat, percuſſit in ſomnis tyrannum, dicens: Accipe meritorum tuorum in me primitias, brevi ſuſcepturus graviora, niſi mihi, & fratribus meis mox ſatisfacere curaveris. At verò tyrannus Eduvidus, tam pavore, quàm verbere experrectus, totam tam inſolito clamore domum replevit, ut omnes verterentur in ſtuporem. Poſtero autem die lecto decumbens, fratres S. Aurelii ad ſe vocavit, & coram uxore, ac filiis injuriarum veniam petiit. Quos, ut pro ſe orarent ad Dominum, rogavit, promittens ſe magna facturum monaſterio bona, ſi intercedentibus ipſis convaleſceret. Qui non poſt multos convaluit dies, & ſanctum Chriſti præſulem Aurelium multis oblatis muneribus ſibi reddere placabilem ſtuduit.

Nec ſilebo, inquit Ditmarus, quoddam miraculum temporibus præfati Cæſaris (Ottonis tertii) Romæ cælitus exortum. Nam cùm ducis Hermanni milites monachorum S. Pauli prata vl ſua comprehenderent, ſuppliciter & ab his ſæpè rogati, diſcedere noluerunt, & continuò nubes variæ aſcendunt, fulmina micantia terrorem Dominicum monſtrantes. Tonitru terribile protinus ſubſequitur, ac ex eorum numero optimos quatuor occidens, cæteroſque fugans pauperes Chriſti in hoc mundo non eſſe contemptibiles oſtendit. Protector enim talium miſericos Dominus, & hos honorantes, & in neceſſitate ſua exaudientes digna retributione provehit, eorumque perſecutores, aut hìc (quod levius habetur) aut in futuro (quod gravius) punit, Ita *Ditmarus Epiſc. Merſepergius lib. 4. Chron. ſub finem.*

Circà annum Domini 1102. Juvenis quidam nobilis, poſſeſſiones monaſterii in villa Almendingen, à quodam Unnithero Converſo, quondam ſuo Abbati Vvilhelmo monaſterii Hirſaugienſis legitima donatione traditas, poſt mortem utriuſque tanquam proximior hæres invadens, cùm die quadam duas inde carratas vini, & alia quædam abduceret, ſub ejuſdem hæreditatis prætextu, temerario auſu, ſubitò unius boum, qui prædam trahebant, confractus eſt pes: ipſe quoque raptor, de equo, qui inſidebat, repente cecidit, & amiſſa loquela, & viribus totis, amentiam incurrit. Inde manibus ſublatus alienis, cùm poſt aliquot dies ad mentem reverſus flagellum Dei metueret, ad dictum monaſterium deferri ſe juſſit, ibique mutato cum mente habitu ſæculari, Deo fideliter ſe mancipavit, & poſt paucos annos in ſancta requie fideliter obdormivit. *Catechiſm. hiſtoricus Dauroultii Tom. 4. Tit. 93.*

In oppido Columbarum in Baſilienſi diœceſi hoc ipſum quod in præſenti refero, accidit. Fuit, & eſt conſulatus ibidem nonnunquam ſatis gravis, & immiſericors conventibus, ac monaſteriis, ac clero intra muros civitatis ejuſdem reſidentiam habentibus. Venit igitur in mentem civibus, & conſulatui, & concluſerunt, ut murus civitatem ambiens per novum antemurale muniretur per circuitum totius civitatis velut clamyde quadam, quod opus diviſim debebat perſolvi à ſingulis artificum ſocietatibus, quas Zunfras vocant. Sed cum magnæ expenſæ ad hoc exigerentur opus, coarctavit oppidum ipſum monaſteria, & conventus omnes tam mendicantium ordinum, quàm poſſeſſionatorum, ut pro ſua rata partem murorum, ſicut Zunfræ, perſolvere deberent. Et exinde ut quiſque ſciret per quantum tractum ſpatii murus per eum erigi deberet, depingebantur in muro majori ex oppoſito antemuralis erigendi certa ſigna pro ſingu-

lis Zunfris, & monaſteriis, ut ſic palàm viderentur, in quo loco cujuslibet ſolutoris terminus, & finis eſſet. Civitas autem ipſa, ſeu oppidum de republica artifices, & materia muri, ac miniſtros illius operis conducebat, & expenſas primo horum omnium ſolvebat, ſed poſtmodum paratam pecuniam à ſingulis recepit. Videntes hoc fratres noſtri, & ordinum Minorum, ac Eremitarum ſancti Auguſtini; quia hi Conventus ibi habentur, allegabant ſe pauperes eſſe, & ineptos ad ſolvendum tale opus, etiam pro ſua rata, immò canonicas ſanctiones in contrarium ſuæ coactionis allegaverunt: ſed apud ruſticam gentem nihil profecerunt. Erectum eſt itaque antemurale, & ſigna primò poſita, ac termini civibus ſunt præfixi, & pro reddituatis monaſteriis, ſeu poſſeſſionatis, ut prædictum eſt, deinde pro trium mendicantium rata: poſtremò verò pro Zunfris ſecularium, ſeu artificum. Et poſtquam opus ferè in circuitu perfectum erectum eſt (ut creditur) divino, & juſto Dei judicio antemurale uſque ad fundum cecidit una hora, ſolum pro illa præcisè parte, quæ nomine mendicantium religioſorum erecta fuit, omnia verò quæ in antemurali prædicto per cives poſſeſſionatos anteà, & per Zunfras ſoluta fuerunt, ſteterunt illibatè, & illæsè, prout ipſe vidi, & multorum intuitus oculorum de hoc obſtupefacti ſunt. Oportuitque ut nollent, vellent, cives lapſa de ſuo ærario reerigerent confuſione ducti. Et ita duris hominibus pro frumento tribuli, & hordeo ſpinæ ante corporis oculos palàm creverunt. Atque in eo, in quo peccaverunt, rei puniti ſunt non minori, ſed longè deteriori pœna. In eadem civitate, eodem tempore plures divinitùs puniti ſunt morte temporali. Nam vinitores omnes, ſeu cultores vinearum dictæ civitatis tabernam habuerunt in latere muri conventus fratrum noſtrorum, in cujus tabernæ area puteum fodere vinitores pro ſuo ſolatio affectabant; ſed locum pro puteo habere nequiverunt congruum, niſi angulum quendam dicti muri ſibi uſurparent, quem angulum conventus noſter tanto tempore poſſederat, quod de ejus contrario non erat memoria. Renuentibus igitur fratribus dare locum anguli, prædicti conſules dictæ civitatis ſe judices conſtituerunt in propria cauſa ſuſpecti contra conventum pro vinitoribus dictum angulum ſententiaverunt. Quo gaviſi vinitores puteum fodiebant in eodem loco cum lætitia magna, & marginibus lapideis ab imo in ſummum perfecerunt. Cùmque læti in taberna vinitores jam die altera biberint, mancipium quoddam aquam haurire volens, negligentia ſua de manu hydriam perdidit, quæ deorſum in puteum ceciderat. Invocatis igitur vinitoribus, per funem unus eorum in puteum ſubmittebatur, ut hydriam reportaret, ſed divina permiſſione ibidem ſtatim ſubitaneè ſuffocatus expiravit, quo extracto, ſecundus vice prioris pro urna capienda demittitur, & ſicut primus ſuffocatus eſt ſtatim. Cùm verò tertius per funem moderatè uſque ad medium putei ſubmiſſus eſſet, tanto horrore concuſſus eſt, ut clamans in fune retrahi ſe deſideraret, & vitam is vix retinuit. Ex his autem cives territi cladibus, quid mali egiſſent tardè ſatis in ſuis funeribus didicerunt. *Ibid.*

Inter alios, quos divina vindicta tetigit, defunctus eſt in Italia Thetgandus Trevirenſis Archiepiſcopus, de quo hæc Joannes Diaconus ejus temporis auctor, qui præſens cuncta perſpexit: Alio quoque, inquit, tempore Thetgandus quondam Trevirenſis Epiſcopus, qui cùm Gunthario Agrippinæ Coloniæ Epiſcopo à reverendæ memoriæ Nicolao fuerat ſacerdotali privatus officio, liberalitate Hadriani Pontificis in eodem monaſterio (ſancti Gregorii, ad Clivum Scauri) manſionem ſuſcepit. Cui beatus Gregorius in ſomnis apparens, maximum terrorem, quo de ſuo monaſterio egrederetur, incuſſit. Ille perpendens, viſum fuiſſe phantaſticum, oratione facta, rurſus dormire cœpit, cui Gregorius Pontificali habitu redimitus apparens: Nonne (inquit) dixi tibi, ut à monaſterio meo, quod in rebus propriis per invocationem ſancti Andreæ Apoſtoli Domino dedicavi, recederes, quia diverſorium fieri nullo modo licuiſſet? Cumque Thetgandus hoſpitandi ibi licentiam ſuſcepiſſe ſe à Pontifice reſpondiſſet: Gregorius ait, Et tu, qui petiſti, & ille, qui dedit, utrique contra Deum feciſtis, cujus vindictam citius incurres. Evigilans Thetgandus intremuit, & facta oratione, ſopori ſe reddere voluit, cum repente venientium ſonitum audiens, vehementer expavit, ſeque dormire ſimulavit. Appropinquans ergo Gregorius, ſanctum Andream Apoſtolum per dexteram tenens, præcipit ſubdiacono, qui ſe præibat cum lumine, dicens: Corripe illum. Qui dum correptus in lectulo clauſis oculis reſediſſet. Gregorius ait: Aſpice in nos. Intuitus in eos Thetgandus, magis intremuit: eumque ſibi taliter comminantem audivit: Quia ſecundò commonitus verbis oris mei credere noluiſti, & me tua inobedientia adeò provocaſti, ut hunc Apoſtolum Dei huc fatigare ſtuduerim: ſcito cognoſces, quia niſi hodie ab hoc monaſterio meo receſſeris, futura hebdomada cum tuis omnibus vita privaberis. Si verò receſſeris, ab hac quidem momentanea ſententia liberaberis, ſed neque tu, neque aliquis hic tecum degentium ſuam patriam revidebit. Mox Thetgandus lectulo ſe proripuit, & primò ſuis; deinde monaſterii monachis, poſtremò quibuſcumque potuit, ſomnium revelavit. Et quia aliud hoſpitium citiùs à Pontifice impetrare non potuit, apud Sabinos concedens, eodem anno cum ſuis omnibus vita privatus eſt. *Joan. Diaconus in vita Gregorii Magni Papæ, lib.4. cap.94.*

* RELIGIOSORUM ORDINUM ORIGO, SPLENDOR, PROPAGATIO, Prærogativæ, & elogia.

Partim ex Lucubrationibus AUBERTI MIREI, *partim ex Chronicis variis eorundem Ordinum.*

☞ *Præmittemus autem ordines antiquos, puta, ſub Regula SS. Auguſtini, & Benedicti militantes: quibus ſubiicimus alios, tam in Oriente, quàm in Occidente celebres. Ad extremum proponemus illos, qui appellatione ab aliis diſtincta, & re, & nomine Mendicantes ſunt, quorum hodie non exigua emolumenta paſſim in Chriſtiano orbe percipiuntur, utpote qui dati ſunt velut cooperatores functionis paſtoralis, & modo ſtrenuè ſuo munere perfunguntur, ſi quando per Eccleſiæ Paſtores requiruntur.*

ORIGINES ORDINUM CONGREGATIONUM SUB REGULA SANCTI AUGUSTINI militantium.

AUGUSTINUS Tagaſte in Africa, honeſtis parentibus natus, ac puer docilitate ingenii æquales longè ſuperans, brevi omnibus doctrina antecelluit. Adoleſcens, dum eſſet Carthagine, in Manichæorum hæreſim incidit. Poſteà Romam profectus inde Mediolanum miſſus, ut Rhetoricam doceret, cum ibi frequens Ambroſii Epiſcopi eſſet auditor, ejus opera incenſus ſtudio Catholicæ fidei, annos natus triginta tres ab ipſo baptizatur. Reverſus in Africam, cum religione vitæ ſanctimoniam conjungens, à Valerio notæ ſanctitatis Epiſcopo Hipponenſi presbyter factus eſt.

Cæterùm S. Auguſtinum virum fuiſſe à primis annis in omni ſcientiarum genere exquiſitæ eruditionis, quæ poſt ſe monumenta reliquit teſtantur; ſic ut meritò Doctor Doctorum Eccleſiæ, & SS. Trinitatis Apoſtolus nuncupetur. Neque cum ratione negari poteſt, quod viri graves prodiderunt, eum poſt excuſſos Manichæorum errores, etiam priuſquam ex aqua, & Spiritu S. regeneraretur, Chriſtianæ perfectionis amore illectum, monaſticam vitam voto, & deſiderio amplexum fuiſſe: quippe eremiticum vitæ genus eum initio converſionis ſecutum, ſcribit *S. Antoninus 3.p.tit.24.c.14.* Quod ſi de affectu verùm duntaxat habeatur, prout nonnulli accipiunt: tamen poſt baptiſmū quē apud 33. ætatis ſuſcepit ſtatim affectum in effectū tranſtuliſſe, & ex intimis cordis medullis ſe ad Deo ſerviendum convertiſſe, *Poſſidius in vita*, & alii teſtatum relinquunt. Inter quos S. Ambroſius, qui converſionis ipſius pars magna erat, luculentam ea de re habuit concionem.

Sub ipſa autem initia comites habuit emendationis, quos anteà ſocios habuerat converſationis, Adeodatum, & Alipium, ut ex ſermone ſuprà dicto conſtat. Deinde alios adſcivit, quos nominatim exprimit in *Sermone* 21. *ad fratres in Eremo:* Sed hos ſecum ceu domeſticos ducebat, jam enim alios inſtituerat, qui eremiticam vitam in montibus Etruriæ, ſive Piſanis ducebant apud Centumcellas, ubi ipſe etiam Auguſtinus eremitico habitu moras traxiſſe perhibetur. Ita de hac re *Mantuanus Lib. 8. de ſacris diebus.*

Vivendi normã inſtituit: ſcilicet Auguſt. *memoratur Eremũ*
Incoluiſſe maris Thuſci, propè littora centum
Cellarum, &c.

Cæterùm in Africam trajecit, quòd tempore Origenis errores monaſticen, & Religionē infecerant: & Apoſtolicæ vitæ normam inchoare, & introducere hic ſtuduit: hęſit autem aliquo tempore apud Tagaſtam. Dein Hipponem receſſit anno Chriſti CCC. XC. ætatis ſuæ XXXV. ubi & monaſteria ædificavit, ut conſtat ex Paulino; & monachorum longè lateque diffudit, ac eremiticam vitam fœcunda ſobole propagavit. Scribit de ſociis illius etiam in vita eremitica *S. Ant. part. 3. art.24.* Sigisbertus de cet. & XX. ſcribit, de aliis Poſſidius, Baronius, & alii. Vitam autem illius publicavit *Poſſidius Epiſcopus Calamenſis:* & nuper Antuerpiæ *P. Cornelius Lancellotus.*

Anno XV. converſionis; ad majorem Dominici muneris gratiam evehitur, inquit Paulin. *Epiſt.31. & 36.* & Epiſcopus conſecratur. At in domo etiam ſua Epiſcopali, non equos, rhedas, famulantium tumultum, aut adulantium commercia, ſed monaſterium Clericorum habuit, ex quo Canonicorum Regularium ordo fortaſſis dimanavit, qui in civitatibus degentes, cœnobitica Monachorum inſtituta ſervabant, ut tradit *Baronius Tom.6. ad annum* D. IV. *Bozius lib.9. de ſig. Eccleſ. c. 5.* quamvis alii velint Auguſtinum hos Clericos non inſtituiſſe, ſed reſtituiſſe, erat namque hoc clericorum genus Apoſtolorum tempore inſtitutum. *Act. cap.4.*

PROPAGATIO.

Poſt mortem S. Auguſtini quæ incidit in annum CCCC. XXX. aut circiter, quando & pretioſam librorum à ſe ſcriptorum multitudinem, & ampliſſimum Monachorum, ac Clericorum germen Eccleſiæ velut mnemoſynon creditorum ſibi à Deo talentorum reliquit, illius inſtituti cum Clerici, tum Monachi, per omnes terrarum oras laudabilis vitæ converſatione excellere, & ramos ſuos extendere cœperunt; ſic ut jam anno inſequente mortem ipſius, Italia Eremitas Auguſtinianos, mox Anglia, Hybernia, aliæque Provinciæ admitterent, & amplecterentur. Quin anno CCCCLI. in Æthiopiam penetrarunt, & in Graciam, quamvis hic D. Baſilii regulæ florerent. Anno deinde propè milleſimo, Africa per S. Fulgentium hunc ordinem ſummis votis propagavit, & paſſim monaſteriis, & eleemoſynis fovit.

Jam & Hiſpania S. Donati conatu, Auguſtinianæ propaginis particeps fuerat ab anno D. LXXIV. ut teſtis eſt *Mariana Ibid. 5. de reb. Hiſp. cap.11.*

Et circa annum DCC. dum Carolus Magnus indoctum, & barbarum ſæculum, literaſque emortuas doctorum virorum contubernio, & lucubrationibus ſuſcitaret: duo religioſi ex Hyberniæ finibus evocati in Galliam, primordia jacere cœperunt univerſitatis Pariſienſis, & Papienſis.

Verùm ne lectorem meum remoretur prolixior propagatæ hujus ſobolis per univerſum orbem narratio, ſunt namque qui particulari volumine eam per ſæcula diſtinxerunt, & id quidem noviſſimè Nicolaus Cruſenius Theologus ex eodem ordine; producam per compendium Provincias, & quæ in unaquaque monaſteria, & congregationes, quamvis non omnia ad meas manus devenerint.

PROVINCIA LOMBARDIÆ.

Quæ alio nomine S. Auguſtini. In hac Conventus.

Papienſis.	Capellectenſis.
Mediolanenſis.	Monaſterienſis.
Genuenſis.	Rochetenſis.
Tortonenſis.	Spedienſis.
Placentinus.	Sugojavenſis.
Aſtenſis.	Caorſicenſis.
Vercellenſis.	Fragelienſis.
Novarienſis.	Cornienſis.
Carmigolenſis.	Sancti Angeli.
Bilinzonenſis.	Vallis Tecitæ.
Vigonienſis.	Varienſis.
Pinerolenſis.	Sylvanus.
Alexandrinus.	Zavatarellenſis.
Caſtellacenſis.	Caſatenſis.
Coconatenſis.	Caſtiglionenſis.
Cavellarienſis.	Mazinienſis.
Elicenſis.	Monzianus.

PROVINCIA ROMANA,

Aliàs S. Monicæ. Conventus.

Romanus S. Auguſt.	Anagnienſis.
Ibidem S. Matthæi.	Carpinerenſis.
Tiburtinus.	Fiſonienſis.
Davenſis.	Verulenſis.
Geneſtanenſis.	Cerenſis.
Coranus.	Tulſanus.
Syrrianenſis.	Brachianenſis.
Campanienſis.	Montisfilaſcenſis.
Pipernitanus.	Balneoregienſis.
Rochengeorgienſis.	Orvietanus.
Marinenſis.	Caſtri plebis.
Sunonienſis.	Aquapendentinus.
Pollenſis.	Soraxianenſis.
Nepeſinus.	Servetienſis.
Saleſmus.	Capræniceenſis.
Malleenſis.	Cornetenſis.
Ortenſis.	Civitatis veteris.
Toſcanellenſis.	Cutiniacenſis.
Centicellenſis.	Stabienſis.
Ronciglionenſis.	

PROVINCIA MARCHIÆ.

Alio nomine S. Nicolai de Tollent, Conventus.

Anconitanus.	Vallis manentis.
Firmanus.	Montis corani.
Piſaurienſis.	Montis S. Mariæ in Caſſiano.
Recanatenſis.	Rotanus.
Montis Rubiani.	S. Pauli.
Aſanatenſis.	Carricetenſis.
Monticulenſis.	Montis Filatranenſis.
Amandulenſis.	Monturanenſis.
Sancti Juſti.	S. Anatoliæ.
Exienſis.	Lapidonenſis.
Camerinenſis.	Maſſignanienſis.
Cryptarum ad mare.	Biritinenſis.
Civitatis novæ.	Montis S. Martini.
Montis S. Georgii.	Montis Fortunii.
Maceratenſis.	S. Petri in campis.
Martelicenſis.	Aſcenſionis.
Sarvanienſis.	Filiorum Octavii.
Montiſgranarienſis.	Caſtri Fidardi.
Mondulphenſis.	Apinianenſis.
Pulverienſis.	Coronaldenſis.
Aſculanus.	Montis Securii.
Fanenſis.	Cingulenſis.
Sancti Severini.	Turris Palmarum.
Sancti Geneſii.	Montis Alti.
Offidanus.	Montis ſancti.
De rypis.	Montis Melonis.
Montelparenſis.	Montis Monachenſis.
Sanctæ Victoriæ.	SS. Trinitatis.
Montis Ulmenſis.	Bargienſis.
Sancti Elpidii.	Fori Sempronii.
S. Conſtantii.	Belviderienſis.
Auximonienſis.	Senegaglienſis.
Roccæ Contratenſis.	
Sancti Angeli.	

PROVINCIA FRANCIÆ.

Sive Pariſienſis. Conventus.

Pariſienſis.	Barroſluctenſis.
Ibidem novus Conventus.	Bajocenſis.
Latriniacenſis.	Rothomagenſis.
Aurelianenſis.	Ambianenſis.
Turonenſis.	S. Benedicti de ſaltu.
Montiſaurenſis.	Palmitenſis.
Chinonenſis.	Siroitenſis.
Andegavenſis.	Remenſis.
Landerenſis.	Catalaunenſis.
Pictavienſis.	Barroducenſis.
Oblincenſis, *Le blanch.*	Girovetenſis.
Albmacenſis.	Verdunenſis.
Montiſimprienſis.	Metenſis.
Bituricenſis.	Champlitenſis.
Lauretanus.	Ponarlienſis.
Victricenſis.	Molinenſis.
Lambalzenſis.	Coradenſis.
Landunenſis. *Lanion.*	B. Virg. Cuſtod.
Quarhetenſis.	Rupellenſis.
	Candenſis.

Provincia Caſtellæ.
Conventus.

A Salamanticenſis.
Colleg. ibidem.
Vallifoletanus.
Ibidem alius.
Burgenſis S. Crucifixi.
Palentinus.
Badajocenſis.
Abulenſis.
S. Mariæ Paradiſi.
S. Pauli.
Cervecenſis.
Matimacenſis.
Almagrenſis.
B. Mariæ delirſi.
Ponferadenſis.
Numantinus.
Madrigalenſis.
Madritenſis Sancti Philippi.
B Colleg. ibid. S. Auguſtini.
Complutenſis.
Sanctorum.
Bajonenſis.
Badanacenſis.
Leonenſis.
Lucronienſis.
Garavacenſis.
Sorienſis.
Pinenſis.
Candienſis.
Compoſtellanus.
Guecienſis.
Domus Regum.
Segobienſis.
Manſilienſis.
Toletanus major.
Ibidem minor.
Talaverenſis.
Duennenſis.
Placentinus.
Halenſis.
Pacenſis.
Pampilonenſis.
Cinchonenſis.
Civitatis Roderici.
Arevalenſis.
Pontis deumenſis.
Arenanus.
Abulenſis S. Mariæ. Grat.

Provincia Beticæ.
Sive Andaluſiæ.
Conventus.

Hiſpalenſis.
Ibidem alius.
Collegium ibidem.
Cordubenſis.
Teronefenſis.
Chiclanenſis.
Cazalenſis.
Velezmaglenſis.
Machionenſis.
C Villenanus.
Abbazetenſis.
Conquenſis.
Huclimanus.
Dombenetenſis.
Granatenſis.
Oſlimenſis.
Xerenſis.
Belciacenſis.
S. Lucæ.
Metinenſis campi.
Xerenſis equitum.
Marchenenſis.
Alcarienſis.
Salmdronenſis.
Marcienſis.
Guadicenſis.
Antiquerenſis.
Xeriſenſis.
Montellanus.
S. Mariæ regular.
Coinenſis.
Gaditanus.
Portenſis.
Archenſis.
Echizuenſis.
Caſtilonenſis.
Bovillonenſis.
Priegonenſis.
Jonoazionenſis.
Metinenſis. Sidon.
Cordubenſis S. Mariæ.
Monial.

Provincia Aragoniæ,
Et Cataloniæ.
Conventus.

Cæſar Auguſtanus.
Oſcamis.
Sancti Sebaſtiani.
Serabitenſis.
Roccæfortis.
D Mindonienſis.
Caſtellanus.
Bilbitanus.
Eſtellanus.
Alxarenſis.
Aquarienſis.
Hellodienſis.
Sanctæ Spei.
Sancti Juliani.
Argulienſis.
Madiarenſis.
Valentinus.
Ibidem S. Mariæ de ſuccurſo.
Gerundenſis.
Uriolanus.
Carthaginenſis.
Tudenſis.
Sanctæ Luciæ.

Insulæ Majoricæ, Et Minoricæ.

Sancti Auguſtini.
Sanctæ Mariæ Ditria.
Cervaricenſis.
Marenſis Sanctæ Monicę.
Barchinonenſis.
Tarraconenſis.
Fragenſis.
Illeridenſis.
Urgelitanus.
Domus Dei.
Alcoenſis.
Alicantenſis.
Turricellenſis.
Parolatenſis.
Algytenſis.
Colleirenſis.
Perpinianus.
Caſtellion. de Plana.
Caſtellon. de Arcimun.
Palhiacenſis.

Provincia Luſitaniæ.
Conventus.

E Olyſſiponenſis.
Ibid. S. Mariæ grat.
Ibid. Collegium.
Laguſanus.
Santarenſis.
Penna Firmanus.
Caſtri albi.
S. Michaelis.
Lolſianus.
Bracarenſis.
Ibid. Collegium.
Eborenſis.
Congenſis.
Ulliavicoſanus.
Montis majoris.
Funchalenſis.
Algerbienſis.
Bragantinus.
Conimbricenſis.
Ibid. Collegium.
Tanitenſis.
Emeritenſis.
Turrium veterum.
Portuenſis.
Heſperidum Inſularum.
Sylvienſis.

Vicariatus Indiæ Orientalis.
Conventus.

F Goanus.
Ibid. Collegium.
Cocinenſis.
Sancti Thomæ.
Coulanus.
Machajanenſis.
Chimenſis.
Canorenſis.
Syrretenſis.
Mogoranus.
Mavaritani 4.
In regno longi. 10.
Japonenſis.
Angemalenſis.
Unà cum 20. Parochiis.
Ternatre.
Tidorenſis.
Motirenſis.

Provincia Veneta.
Conventus.

Venetus S. Stephani.
Ibid. S. Chriſtophori.
Patavinus Eremitarum.
Veronenſis S. Euphemiæ.
Tarviſanus.
Tridentinus S. Marci.
Vincentinus.
Feltrenſis.
Chiozanus.
Utinenſis.
Concordienſis.
Mirandulanus.
Alius juxta Mirand.
Poleſellenſis.
Spilembergenſis.
Venzonenſis.
Sacilienſis.
Latiſanenſis.
Polenſis. G
Clugienſis.

Provincia Toloſæ, Et Aquitaniæ.
Conventus.

Toloſanus.
Burdigalenſis.
Genuenſis.
Fiatenſis.
Lemovicenſis.
Montis doviæ.
Marque-Favenſis.
Aquenſis.
Bajonenſis.
Montis Regalis.
Montis Flurginii.
Morthemartenſis.
Villa Sylvienſis.
Montis Albani.
Cadurcenſis.
Figenſenſis.
Florentinus.
Petracorienſis.
Inſulæ Jordanis.
Villa Franchiæ.

Provincia Belgica, alio nomine
Colonienſis. Conventus.

H Colonienſis.
Trevirenſis.
Gandavenſis.
Aquenſis.
Iprenſis.
Angienſis.
Tornacenſis.
Theoniſvillanus.
Harlemienſis.
Inſulenſis.
Huyenſis.
Teneramundus.
Lovanienſis.
Antuerpienſis.
Brugenſis.
Haſſelenſis.
Berburgenſis.
Vveſalienſis.
Middelburgenſis.
Dieſtenſis.
Tenenſis.
Enehuſianus.
Duacenſis.
Leodienſis.
Bruxellenſis.
Trajectinus.
Mechlinienſis.
Vvalderſingenſis.
Dordracenſis.
Merthenſis monial.
Bullonienſis.
Herendalenſis.
Mariendalenſis.
Bovinienſis.

Pro-

Provincia Romandiolæ.
Conventus.

A Bononienſis.
Alius ibidem.
Ariminenſis.
Cenſenatenſis.
Finalenſis.
Cervienſis.
Caſtrimonienſis.
B. Pauli de Ragus.
Centienſis.
Caſtri S. Petri.
Foriſuracenus.
Liriarienſis.
Pennæ Billorum.
Ravennatenſis.
Carpenſis.
Caſtrifranchenſis.
Talamellenſis.
Galiatenſis.
Planimileti.
Miratorienſis.
Sextianenſis.
Veruculenſis.
Valecucenſis.
Caſecarellenſis.

Provincia Umbriæ.
Conventus.

Peruſinus.
Eugubinus.
Reatinus.
B Caſſianus.
Amenienſis.
Pergulenſis.
Sigillanus.
Corcianus.
Cantalicenſis.
Cotamellenſis.
Apoſitenſis.
Pabyenſis.
Gualdilucerius.
Mercatelinus.
Spoletanus.
Fulginenſis.
Interamnenſis.
Civitatis Ducalis.
Goviſſienſis.
Burgi S. Sepulchri.
Caſtri Vitalli.
Cerquetenſis.
Nuglolenſis.
Montis Regalis.
Pandicalenſis.
Caſtririgoricenſis.
Sanctenſis.
Montis veteris.
Montis-falconis.
Bevagnianus.
Narvienſis.
Nurſienſis.
Amatricenſis.
Anglarienſis.
Viſſicanus.
Ceretienſis.
Petriloganus.
Acumulienſis.
S. Gemini.
Introducenſis.
Fractenſis.
Guardicataneus.

Provincia Provinciæ.
Conventus.

C Marſilienſis.
Alius ibidem.
Avenionenſis.
Niſſenſis.
Pugetenſis.
Valenſolenſis.
Caſtellanenſis.
Graſſienſis.
Lirinenſis.
Aquenſis.
Brimolenſis.
Bariocenſis.
Arelatenſis.
Paternienſis.
Darginianenſis.

Provincia Bavariæ.
Conventus.

Ratiſponenſis. 1255.
Ratembergenſis. 1390.
Seefeldenſis. 1604.
Vallis-ſpecioſæ. 1161.
Monachienſis. 1290.
Romſavenſis. 1412.
Ingolſtadienſis. 1605.
Seemashauſenſis. 1262.
Salisburgenſis. 1605.
Vibacenſis. 1296.
Suvatienſis, monial.

Provincia Neapolitana.
Conventus.

Neapolitanus S. Auguſt.
D Ibid. B. Virg. Succurſus.
Ibidem S. Spei.
Buccinenſis.
Averſanus.
Capuanus.
Theanus.
Vajeranenſis.
Riardinus.
Pratenſis.
Salernitanus.
Beneventanus.
Bonafrienſis.
Buianus.
Caſertenſis.
Arienſis.
S. Mariæ Gratiarum.
Gragnanenſis.
Ravellenſis.
Scallenſis.
Solophrenſis.
Campanienſis.
Paludanus.
Dianenſis.
Riccinus.
Iſchienſis.
Nolanus.
Mortorienſis.

Provincia Narbonæ, Et Burgundiæ.
Conventus.

Lugdunenſis.
Oremaicenſis.
Secelienſis.
Albinicenſis.
Emeziacenſis.
Gauvatenſis.

S. Amoris.
Molvellienſis.
Surregienſis.
Voltenſis.
Bellliriparienſis.
Sancti Romani à Terno.
Monſtaniacenſis.
Moreſtelienſis.
S. Geneſii. E
Narbonenſis.
Marologienſis.
Montis-poluſenſis.
Jovonienſis.
Nemoſienſis.
Bituricenſis.

Provincia Siciliæ.
Conventus.

Meſſanenſis.
Panormitanus.
Taurominenſis.
Catanenſis.
Avenenſis.
Trajanenſis.
Lentinienſis.
Salomenſis.
Caſtiglionenſis.
Caſtrienſis.
Mazarlenſis.
Racalbatenſis.
S. Philippi.
Saglanenſis.
Caſtro Joannis.
Calatavolenſis.
Alexarnienſis.
Syracuſanus.
Gratianus.
Francavillanus.
Trepanienſis.
Morſalienſis.
Calathſinienſis.
Salienſis.
Narienſis.
Calatageronenſis.
Minenſis.
Norienſis. F
Coreonenſis.
Melitenſis. } Inſulæ de Malta.
Notablienſis. } Inſulæ de Malta.
Vultenſis. } Inſulæ de Malta.
Govalenſis. } Inſulæ de Malta.

Provincia Piſana.
Conventus.

Florentinus.
Piſanus.
S. Barnabæ.
Piſtorienſis.
Vulteranus.
Pratenſis.
Emporienſis.
S. Miniati.
Ibidem alius.
Montis catini.
Bingunienſis.
Lupicattenſis.
Fiviſanus.
Podii Boncius.
Loci novi.
Solizonienſis.
Guardiſtalenſis.
Marcialenſis.
Scaperienſis.
Camiglienſis.
S. Salvatoris.
Petræ ſanctæ.
Liburnienſis.
S. Donati.
Perotolenſis. G
Burghenſis.
Sancti Franciſci.

Provincia Senenſis.
Conventus.

Senenſis.
Montis S. Sabini.
Cortonenſis.
Aretini.
Caſtiglionenſis.
Valenſis.
Aſcinienſis.
Montis-Alcini.
Vultus Sancti.
Gambaſiſcienſis.
Collenſis.
Suberetinenſis.
Masleus.
Corſicanus.
Flombinus.
S. Catharinæ *deſiſo*.
Montis Politiani.
S. Guilielmi.
Scarlinenſis.
Montis Seani.
Monticulenſis.
Roſiæ S. Luciæ.
Gerſalchienſis.
Colonienſis.
Calbalbienſis.
Tirlenſis.

Provincia Terræ Sanctæ. H
Conventus.

Candianus.
Lacanea.
Corſcienſis.
Corfucianus.

Provincia Apuliæ.
Conventus.

Andrienſis.
Barenſis.
Tranenſis.
Juvenatenſis.
Aquavivanus.
Tharentinus.
Licienſis.
Curſienſis.
Brunduſinus.
Venuſinus.
Atellenſis.
Æſculanus.
Lecomillenſis.
Foggienſis.
Alremurenſis.
Birontinus.
Melfienſis.
Lucerienſis.
Tremulanus.
S. Severi.
Vigilienſis.
Caſalis novi.
Hoſtinninus.
Montis caverti.

Pro-

Provincia Apruntina.
Conventus.

A Lanciarenſis.	Atrinus.
Civitatis Theatinæ.	Moreſinus.
Tortoretinus.	Civitatis S. Angeli.
Peſcarienſis.	Ortonenſis.
Vaſtinus.	Turamienſis.
Civitatis Pennæ.	

Provincia Calabriæ.
Conventus,

Tarſienſis.	Curighenſis.
Belvederienſis.	Meliſtenſis.
Montis-Leoninus.	Terræ novæ.
Rochevetenſis.	Belfotiſenſis.
Suſcadenſis.	Feroletinus.
Pauſenſis.	Acrinus.
Buchilerienſis.	Strongelianus.
Scilianus.	

Provincia Poloniæ.
Conventus,

Cracovienſis.	Pilzanus.
Caſimirienſis. 1346.	Vilæ albæ.
Ibidem monial.	Velanienſis.
B Vvarſavienſis.	Ravenſis.
Breſtanus 1380.	Cecanovienſis.
Ileuſianus.	Eleuſumenſis.
Vvederbergenſis.	Parzovianus.
Bialutienſis.	Aſſumpt. B. Mariæ.
Craſnoſtavienſis.	Podgradicenſis.
Bydgoſtienſis.	

Provincia Rheni, Et Sueviæ.
Conventus,

Moguntinus.	Pforzeimenſis.
Obendorfenſis.	Efflingenſis.
Vveilenſis.	Nuremburgenſis.
Landavenſis.	Confluentinus.
Briſazenſis.	S. Catharinæ.
Vvormatienſis.	
Heidelbergenſis.	S. Adelheidis, } Monial. juxta Conſtant.
Spirenſis.	
Conſtantienſis.	Baſileenſis.
Gaumundianus.	Lauringuenſis.
C Urenveilenſis.	Vvarſtadienſis.
Colmarienſis.	Tubingenſis.
Frideburgenſis.	Vvirtembergenſis.
Alzeymenſis.	Vallis S. Mariæ.
Herbipolenſis.	Fridtburg. Brig. } Monial.
Meurſtadenſis.	Fridtburg. Helvet. } Monial.
Argentinenſis.	Cronvveiſenberch.
Fridtbur. in Briſgoja.	Langinenſis.
Fridtburg. Helvet.	Hagenavenſis.
Mindelheimenſis.	Alzeranus.
Anglibergenſis.	Turricæ Helveticorum.

Provincia Hungariæ.
Conventus.

Agarienſis S. Nicolai.	Budenſis.
Deeſubarienſis.	Papotzienſis.
Haropkoubenſis.	Strigonienſis.
Keſſingæ, Budian.	Alba Regalis.
Carenſis.	Kazanus.
Saranus.	Quinqueccleſienſis, cum ſex aliis.
D Marecenſis.	

Provincia Angliæ.
Conventus.

Londinenſis.	Eboracenſis.
Cantabrigenſis.	Rideurielenſis.
Tuffifordenſis.	Horchendienſis.
Liminenſis.	Stranfordeenſis.
Leyceſtrenſis.	Moranipromenſis.
Cardicenſis.	Iſtapordienſis.
Lemdenovoglienſis.	Antoloſgamenſis.
Serrahaunund.	Salanivirtanenſis.
Roſæ-Vachriunenſis.	Dovidguardan.
Cordiagienſis.	Hunttyngovienſis.
Liſagamienſis.	Clarenſis.
Ticulenſis.	Gorlettonenſis.
Conventrienſis.	Roffenſis.
Oxonienſis.	Huntingenſis.
Darenſis.	Tibertanenſis.
Lincolienſis.	Andarienſis.
Nordovicenſis.	Northamptonienſis. E
Nordovoglius.	Vvichenſis.
Ponſanadenſis.	Vvartingenſis.
Chiriemanenſis.	Burienſis.

Provincia Hyberniæ.
Conventus.

Calvienſis.	Benephadienſis.
Beluſamenſis.	Burgeſquerenſis.
Valla auronenſis.	Dominenſis.
Crenquerenſis.	Arnacenſis.
Dublinenſis.	Moraſquerenſis.

Provincia Turing. Et Saxoniæ.
Conventus,

Dresdanus.	Culembachenſis.
Uſinghenſis.	Subergienſis.
Erfordienſis.	Ponicrienſis.
Sangerhauſianus.	Hamburgenſis.
Rainolbienſis.	Northauſianus.
Schmalkaldenſis.	Lipſienſis.
Onasburgenſis.	Monial. ibidem.

Provincia Sardiniæ.
Conventus.

Calaritanus.	Galuranus. F
Ibid. Colleg.	Samaſſienſis.
Illorajanus.	Tortolienſis.
Saſſätitanus.	Scoreanus.
Alquerenſis.	Eccleſienſis.

Provincia Mexicana.
Conventus.

Mexici S. Aug.	Epaoyntanus.
Ibid. S. Monicæ.	Xieotepchenſis.
Ibid. S. Pauli. Colleg.	Cacalpuenſis.
Item S. Nicolai Tollent.	Gautlatanus.
Acumulanus.	Thecamaenſis.
Totolapenſis.	Chilapenſis.
Guilhuacenſis.	Atotoluichenſis.
Ajotzinguenſis.	Plutanenſis.
Ocoitoconenſis.	Gilotnanenſis.
Epatzoyochanus.	Huatpultepenſis.
Atatlauquenſis.	Ilanchinolateln.
Xantetelchenſis.	Xonacarhenſis. G
Yacapichtlanus.	Alcanchanenſis.
Molunconenſis.	Tlaapanenſis.
Tenuxitanus.	Tlayacapenſis.
Metlatepeçanus.	Izmichelpenſis.
Xemultepecenſis.	Acatlunenſis.
Metztitlanus.	Chicoaantlanenſis.
Ayacaphliſtenſis.	Huacchinanguenſis.
Malvialdus.	Chapulhvacenſis.
Otocpanenſis.	Chieltlacenſis.
Paſzajucanus.	Ochilaenſis.
Tringullanus.	

Provincia Mechuacanenſis. Taraſcæ.
Conventus.

Quayangarenſis.	S. Joan. Parang.
Caitnſis.	Ocotlanenſis. H
Vearcoenſis.	Xacatanus.
Tziroſtenſis.	Tiripitenſis.
S. Petri Truſcon.	Changuenſis.
S. Philippi Altus.	Xaconenſis.
Quadalacharenſis.	Thacambanus.
Paſquarenſis.	S. Franciſci Cumpus.
Cupandoroenſis.	Charenſis.
Yuritapundus.	Xaliſcus.
Thingabatenſis.	

Provincia Peruntina.
Conventus.

Liminenſis.	Pottoſi.
Collegium ibid.	Guanico.
Cuſcanus.	S. Jacobi de Nibe.
Chachiſcara.	Zamienſis.
Cruxillo.	Guadalveanus.

Coppa-

Coppacapunna.	Orveſcanus.
A Naſcanus.	Cuiſgonienſis.
Aliquippanus.	Tariganus.
Ychanus.	Miſchenſis.
Canietenſis.	Omuſuavienſis.
Cliſlenſis.	Cotabambaſius.
Parianus.	B. Virginis de Lobo.

Provincia Novi Regni.
Conventus.

S. Fidei de Bogotta.	Pampilonenſis.
Carthaginenſis.	Panamanenſis.
Tungenſis.	Villa S. Chriſtophori.
Carthaginenſis.	Villa Monpoxiæ.
Emeritenſis.	S. Maria Candelariæ.
Villa de Leyna.	Meredenſis.

Provincia Philippinarum.
Conventus.

Manillanus.	Mindannenſis.
Collegium ibidem.	Cailanus.
Luſſovienſis.	Subutenſis.
B Pavainenſis.	Pavados.
Lebutenſis.	Rapitariaco.
Tandairenſis.	

Provincia del Quito.
Conventus.

Quitenſis.	Biledyvara.
Conchenſis.	Riobambenſis.
Loxenſis.	Taconenſis.
Paſtenſis.	Siccienſis.
Popoyanenſis.	Quayachilenſis.
Calenſis.	Pariamanenſis.

Provincia Bohemo-Auſtriæ.
Conventus.

Pragenſis S. Thomæ.	Harlaſſienſis.
Ibid. S. Catharinæ.	Regradenſis.
Aquæ albæ.	Svvambergenſis.
Touſtadenſis.	Badenſis.
Leuchimillenſis.	Pivonienſis.
Scuttenhovenſis.	Mellinchii S. Laurentii.
Siccienſis.	Raſtadenſis.
C Corneuburgenſis.	Oſtroobenſis.
Viennenſis.	S. Benignæ.
Bonatechenſis.	Pruchenſis.
Domazliergenſis.	Marienhechenus.
Inſula S. Mariæ.	

Vicariatus Moraviæ.
Conventus.

Brunenſis S. Thomæ.	Olmutzienſis.
Crumpamienſis.	Cotonenſis.
Gevitzenſis.	

Provincia Styro-Carinthiæ.
Conventus.

Gracienſis S. Pauli.	Abbat. S. Jacobi.
Felchemarienſis.	Ludemburgenſis.
Lubianus.	Furſtenfeldenſis.
Raheuſpurgenſis.	Lavantinus.
Flumen Liburnenſis.	Piſſinus.
Mauthenſis.	

D

Provincia Diſcalceatorum Hiſpaniæ.
Conventus.

Romanus S. Guillel.	Boryanus.
Matritenſis.	Bolleranus.
Toboſlienſis.	Oſcanus.
Garandillianus.	Canpielenſis.
Navis Regum.	Toletanus.
S. Fidei.	Vicioſenſis.
Aragonenſis.	Valliſoletanus.
Sueranus.	Granatenſis.
Benevarenſis.	Callatavida.
Valentinus.	Cæſarauguſtanus.
Complutenſis.	Collegium ibidem.
Talaverenſis.	Barcelonenſis.
Salamanticenſis.	Manillanus cum X. aliis.
Portillo.	
Bæſlanus.	

Provincia Diſcalceatorum Galliæ. E
Conventus.

Avignionenſis.	Nimeſienſis.
Gratianopolitanus.	Aquenſis.
Pariſienſis.	S. Auguſtini de Ala.
Marſeillenſis.	

Provincia Perſica. hactenus Luſitanis commendata. Conventus.

Aſpainus S. Auguſt.	Chaviſnus S. Guill.
Taneſmus S. Nicolai.	Schiertinus S. Hier.
Perſmenſis. S. Guill.	Vannenſis S. Mariæ majo.
Civilſænſis S. Mariæ.	Arhegienſis S. Blaſii.
Ormuntinus.	Achalatinus S. Georgii.
Carachanitanus S.	Mechevanenſis.
Joann. Chryſoſt.	Godozianus S. Domin.

Congregatio Lombardiæ.
Conventus.

Romanus S. Mariæ de populo.	Immolenſis.
	Vercellenſis. F
Ibid. S. Priſcæ.	Lemininus.
Genuæ S. Petri de Arena.	Pontis S. Viti.
Ibid. S. Jacobi.	Veletranus.
Bergomenſis.	Aſulienſis.
Florentinus.	Caſtellacenſis.
Comenſis.	Auciagenſis.
Cremonenſis.	Bargiarenſis.
Spilambertinus.	S. Germani.
Pontremolenſis.	Recanatenſis.
Baſlanus.	Liburnenſis.
Cherenſis.	Annuntiatæ.
Placentinus.	Savonenſis.
Rumanenſis.	Mediolanenſis Incoronat.
Bagellenſis.	Ibid. S. Mariæ de Caſtro.
Ciriacenſis.	Caſtellenſis.
Nimbrienſis.	Lucenſis.
Clavanenſis.	Mutinenſis.
Maſſenſis.	Papienſis.
Saluciarenſis.	Grebedonenſis.
Catelexienſis.	Bononienſis. G
Landenſis.	Carignianus.
Cavorenſis.	Aſſumptionis.
Mantuanus S. Agnetis.	Avilonenſis.
S. Joann. Boni juxta Mant.	Faventinus.
Tortonenſis.	Tolentinatenſis.
Vitalianus.	Hyporegius.
Taurinenſis.	Regenſis.
Brixienſis.	Montis Falconenſis.
Alexandrinus.	Saraſinus.
Savelienſis.	Lucerienſis.
Ferrarienſis S. Andreæ.	Mationenſis.
Caſalenſis S. Crucis.	Burgebreſcianus.
Forolivienſis.	Maceratenſis.

Congregatio Illicetana.
Conventus.

Illecitenſis.	Senenſis ſanct. Martini.
S. Geminiani.	Vallaſprenenſis.
Pratenſis S. Anny.	Sylvalacenſis. H
S. Leonardi.	Lacenſis.

Congregatio Carbonariæ.
Conventus.

Neapolitanus Sanct. Joan. Carb.	Surſetinus.
	S. Mariæ de Sap.
Sueſſanus.	Petramellenſis.
Calenſis.	Apitienſis.
Cajetanus.	S. Mar. de Dureo.
Marſitenſis.	Pauſilippenſis.
Capuenſis.	Maliavenſis.

Congregatio Peruſina.
Conventus.

Peruſinus S. Mart.	Saxoferratenſis.
Aquilanus.	Sulmonenſis.
Fulginenſis.	Fabrianus.
Sanct. Felicis.	

Congre-